








EXCERPTA PHILOLOGICA ex Colloquiis Erasmi

DEUS.

Deus est mens quædam æterna, quæ nec initium habuit, nec finem est habitura, quâ nihil esse potest nec majus, nec sapientius, nec melius, quæ nutu suo condidit, quicquid est rerum visibilium, aut invisibilium: quæ sapientiâ mirabili moderatur ac gubernat universa, suâ bonitate pascit ac servat omnia, atq hominum genus collapsum gratuito restituit Eras. in Coll. p. m. 186.

Deus.

Clementissimus rerum formator et reformator, qui ex Nebucodonosor homine fecit bovem, et rursus ex bove fecit hominem, quiq asinæ Bileami dedit hominis linguam. Erasm. Coll. p. 412.

ORATOR TURGIDUS.

Orator turgidus quid nisi mimus aut Tragœdus est, ad pompam facundus, in plausum ambitiosus, qui sua omnia eò derivat, ut os Populi mercatur et famam nomenq colligat. Drexel. in Aurifod. p. m. 371. Verborum flumen est, rei aut rationis nihil, sed rivulus gracilis, et solo strepitu loquax. Drex. p. 98. Oratores hi aures otiosas inani voluptate demulcent. Eras. p. 63.

ORATORIÆ primordia.

Oratio ac vis forensis, perfectumq eloquentiæ prosæ decus, ita universa sub principe operis sui erupit Tullio, ut delectari ante eum paucissimis, mirari neminem possis, nisi aut ab illo visum, aut qui illum viderit. Vell. Paterc. lib. 1.

Laudes Orator. v. apud Voss. in Inst. Orat. in pr. ubi ait: Plus meruit, qui Romani sermonis limites promovit, quam qui imperii.

CENSORES INIQUI.

Cumplurimi quotidie juvenilis ingenii confidentia ardoreq, haud dum concocta præcipitantes judicia, Gallica Petronii nive frigidiores alieno de opere sententias ferunt. Voss. in præfat. Inst. Orat.

MENTIRI

Cupressi sunt plane similes sermones tui: illi magni sunt, nec tamen ullos ferunt fructus.

MENTIRI.

Gerris Siculis vaniora loqui Eras. p. 20. Tota plaustra mendaciorum adferre. Fabularum totos modios apportare. Tantum mendaciorum adferre, quantum vix una navis vehat Eras. p. 48.

Nigra in candida vertere. Callere mentiri. Er. p. 75.

Ciconiam alicui â tergo pingere. Jun. in Orat. port. 1.

Plurimum interest ex animo aliquid facias an arte. V. Eras. p. 248.

FALLERE. FAVER.

Dare alicui verba. Frustra aliquem habere Eras. p. 57. Vanâ spe lactare aliquem: it. fucum alicui facere. Er. p. 258. Vir ingenio mire vafro, qui citra personam omnem, quamvis potest agere Comediam. Eras. p. 143. Os alicui oblinire. p. 268.

MALEDICERE.

Sævis clamoribus intonare, ac dira minitare. Er. p. 138. Multa mala precari et superis et inferis. Er. p. 157.

MULIERUM MORES

Sic est ingenium muliebre, ut quanto plus exoptent, tanto opponant se fortius. quo magis expetant, eò plus reluctentur et negent. Nam cogi volunt volentes, et reluctantes petunt. Stummel. in Com. Studios.

Hoc est mulierum vitium, ut semel exorsæ loqui, finem facere nequeant. Eras. p. 141. Ubi lingua res geritur, ne septem quidem viri pares sunt uni fœminæ. Er. 256. Meretrices coluntur oculis multorum: honestæ verò matronæ satis cultæ sunt, si placeant uni viro: illarum enim ornatus non est in vestibus aut reliquo corporis cultu, sed in castis ac pudicis moribus, et in ornamentis animi. Er. 138.

VIRGINES POST PARTUM.

Elogium quod nos hactenus virgini matri proprium esse judicavimus, ad plures transiit, ut et â partu dicantur virgines. Eras.

MULIERUM GENERA.

Phocylides quatuor, et vetus Poëta Simonides decem enumerant mulierum genera: et uterque tantum unum probant ac prædicant, id nimirum, quod ex apibus procreatum est: reliquas ex Sue, Vulpe, Cane, Tellure, Mari, Asino, mustelâ, Equâ Simiâ genitas damnant. Neand. in decad. 1. Orat. funeb. p. 111.

Non quia ex omnibus fœminis una Pallas Jovis cerebro nata matre caruit, ob id Sapientiæ expertes omnes fœminæ censeri debent. Neand.

Dicta fuit MULIER quasi mollior; et tamen Eva.

Non de carne sui, sumpta sed osse viri. Owen. Epig.

MOLLITIA SMINDYRIDIS.

Smindyridem Sybaritam nemo non norit mollitiæ vitæ infamem juvenem, quem cum mollissimæ plumæ inclementius fodicarent; experiri voluit, meliusne indormiret solutis rosarum foliis. Sed hic etiam oderatissimus juxta et mollissimus thorus rigidus nimium erat et asper in tenerrimum latusculum. Drexel. in Prodrom. æter. cap. 2.

STUDIA. STUDERE.

Non omittenda quidem sunt Studia, sed tamen intermittenda nonnunquam. Non abjicienda, sed relaxanda. Amant alterna Camenæ. Er. p. 15. Sic implorandum Christi præsidium, quasi citra illius opem nihil efficiat nostrum Studium: Sic studendum quasi ille nihil auxilii sit laturus, nisi gnaviter laboranti. Er. 39. Duobus canibus assequimur literas, admiratione scilicet et improbitate laboris: nam et admirari plurimum discendi ardorem ministrat, et ut facundissimus Poëta scripsit: Labor improbus omnia vincit. Eras. p. 66.

STUPIDUS.

Non minus refert asinum animi stupore, quam in colore vestis: neque arbitro in tota Arcadia esse ullum asinum usque adeo asinum, quin hic dignior sit, qui foeno pascatur quam ille. Eras. p. 401. Ad pecoris Arcadici acumen proxime accedit. Cruc. in præfat. Ep. ad Lect.

POETA. HOMERUS.

Clarissimum deinde illuxit Homeri ingenium sine exemplo maximum, qui magnitudine operum et fulgore carminum solus appellari Poëta meruit: in quo hoc maximum est,

Sardanapalus mollitie corporis omnes feminas anteivit. Just. l. 1.

LABORARE IN CASSUM.

In luco ligna, in mari aquam quærere. Nere telas aranearum s. Penelopes tela texere ac retexere. Eras. p. 340.

PRUDENS.

Tu non solum canos habes capillos, sed pectus et habes eruditionis canitie venerabile. Er. p. 93.
Vir natu grandis, longo rerum usu prudentissimus totiusque civitatis testimonio probatissimus. Er. 195.

DOCTUS.

Homo omnibus politioris literaturæ delitiis expolitissimus s. gemma eruditionis. Eras. p. 120.
Elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ et auctor et admirator. Vell. Pat. l. 1.
Egregius trilinguis eruditionis Phœnix. Er. p. 114.

Poeta.
Vir perelegantis ingenii et mollissima carminum dulcedine memorabilis, operisq; autoritate Homero proximus. Pal. l. 1. c. 7.

quod neq; ante illum, quem ille imitaretur, neq; post eum, qui illum imitari posset, inventus est. Vel Pat. cap. 5. l. 1.

PRÆFISCINE.
Præfiscini veteribq tantundem erat, perinde si dicerent: hoc sine omni jactantiâ dictum esto. Et præfiscine de præsenti; præfiscini vero de futuro dicebatur. Drexel. in. Aur. p. 221.

ANIMq HOMINIS est HOMO.

Plato dixit animum hominis hominem esse, corpq nihil aliud esse quam domicilium aut instrumentum. Et certe animq principalis hominis portio est, corpus minister. Eras p. 390.

Talem animum nostrum esse volo, ut multæ in illo artes, multa præcepta sint, multarum ætatum exempla, sed in unum conspirata. Unum quid fiat ex multis, sicut unig numerq fit ex singulis. Drex. ex Senec. in Aurif. 307.

ERUDITIO OMNES ORNAT.

Non recte Carolum filium Ludovicq XI. scire plus voluit Latinè, quam illa verba: Qui nescit dissimulare, nescit regnare. Potius illud laudandum, quod olim Julig II. Pontifex dicebat: Literarum scientiam in Plebejis argentum esse: in Nobilibq et Principibus Gemmas: addam ego cum insigni quodam Politico: in Ducibq esse Victoriam. Wissendorf in pfat. Civ. Prud.

EXEMPLA

Non ibi consistunt exempla unde coeperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissimè evagandi sibi viam faciunt, et ubi semel recto deerratum est, in præceps pervenitur, nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum. Vellej lib. 2.

MILITUM MORES.

Milites non semper pro patria, sed frequentius pro sordido Solariolo desertis Uxoribus et liberis, pejores gladiatoribus, ultro corpora sua tradunt in servilem necessitatem vel moriendi, vel occidendi. Eras. p. 276.
Militare est credere nihil hominis superesse post mortem, præter cadaver. Er. p. 377.

EXERCITUS IN BELLO NON est dimittendus.

In bello conquirendus potius miles, quam dimittendus, et post bellum vires resovendæ magis, quam spargendæ in-quit. Vell. lib. 1.

IN BELLO CONSILIO OPUS EST.

In bello maximè opus est consilio, quia et celerrimè et prudentissimè est consulendum. Celerrimè, quia occasiones rapiendæ, et in arenâ consilium capiendum. Prudentissimè, quia non licet hic bis peccare: primus error capitalis est. Wisand. in præfat. Civ. Prud.

HELLUARI. INEBRIARI.

Vino epulisque obrutus, neque ullum tempus sobrio relinquens. Nepos. in Pelop. Zenonem laudare, sed Epicurum vivere. Er. p. 60 id. ibid. Asotos luxu superare. Certare poculis et blarescere vino illi est quotidianum. Er. p. 314. Bibere usque ad insaniam Eras. p. 320. Græco more potare: ut alii è conviviis tanquam prælio auferantur, quidam tanquam occisi sub mensis atque scamnis jaceant, nonnulli sine mente et sensu hinc inde oberrent,

MILITES

Miles impius et ad lanienam conductus. Er. p. 269
Qui castra sequuntur ferreaque jura tractant. Jun. in præfat. Orat. part. 1
Homo sagatus et arma tractans. Voel. in præfat.
Miles multis expeditionibus induratus. Justin.
Verus Romanus miles pro more ac ritu militiæ hæc habuit quadruplicia portanda onera: Cibum, Utensilia, Vallum et Arma. Drex. Aur. p. 104.
Vir usu belli præstans. Nepos. in Eumen.
Ferrum et arma portantes indignum est tali fæminæ (Sardanapalo) parere. Justin. lib. 1.

Strenuè cloacam vino proluere. Plaut. in Curcul.
Baccho litare et ad Dionysica certamina provocare, unoque impetu educere capacissima pocula. Crucius Epist. lib. 1. p. 16.
Bacchi athletæ ab omni pudore et honesti sensu derelicti. Cruc. p. 41

ac si non cum hominibus, saltem fornacibus aut fenestris prælia ineant: natant pavimenta vino, eodem parietes madeant. Jun. p. 1. Orat.

VINI VIRES.

Vinum potum curas et solicitudines animis nostris eximit, hilaritatem quandam inducit. Senibus quoque ipsis juventam quandam reddere videtur, dum et hilariores facit et formosiores, id quod Horatius cum multis in locis, tum præcipuè his versibus aperte testatur:

Ad mare cum veni generosum et lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ. Er. 62.

Vinum et ingenium excitat et facundiam ministrat, quæ duo Poëtæ sunt aptissima. Unde frigent carmina quæ scribuntur aquæ potoribus. Er. p. 62.
V. ibid. cur Bacchus dicatur Deus Poëtarum.

GEMITUS
Suspiria lacrymis distincta.
Verba suspiriis distincta.
Drexel. in Prodr. ætern. c. 2.
Obsequentibus lacrymis profunda trahit â pectore suspiria.

VOLUPTAS VERA.
Vera hilaritas nascitur è purâ sincerâque conscientiâ, atque hi sermones verè læti sunt, quos semper et dixisse juvet et audisse, et semper delectet meminisse: non quorum mox pudeat, quique conscientiam pœnitudine discrucient. Eras. p. 91. De volupt. vera et fucata. V. Erasm. in Coll. Epicuri.

CHOREÆ.
Rex Alphonsus dicere solebat: Saltatorem et stultum eò saltem distingui, quod ille totâ vitâ, iste dum saltaret stultesceret: Vetus dictum: Chorea est circulus, cujus centrum est diabolus, et circumferia omnes angeli ejus. Drex. Aurif. p. 138.

CIVITAS EST INSTAR HOMINIS.

Est quoq Civitas corpus quoddam mysticum, ad corporis vivi veriq modum. Caput omnium est Princeps, penes quem imperii summa est. OCULI quibg videmg, viri in Republ. boni sunt: quorum ductum sequimur. AURES quae audiunt, quae dicimus, sunt subditi, qui imperata faciunt. LINGUA qua loquimur, sunt eruditione praestantes viri, ex quibg Leges et disciplinas audimg: CAPILLI de capite pendentes, sunt injuriâ affecti, qui opem Regis implorant: MANg et BRACHIA sunt Equites et Nobiles, qui hostem reprimunt. PEDES, qui omnia sustinent, sunt agricolae, qui victum omnibg Ordinibg subministrant: OSSA dura, quae carnem fulciunt fragilem, sunt viri sapientes, qui ong sustinent Reipublicae. CORDA, quae palam non videmus, sunt familiares intimi, qui in arcano consilium dant Senatui. Deniq COLLUM, quo capiti corpus cohaeret, est amor Regis et Regni, ex quibg constat Civitas. Schonborn. ex Plut. in Pol. p. 92.

EBRII OMNIA VIDENT dupliciter.

Ebrii objecta geminata intuentur propter fumos in oculorum nervos penetrantes, qui spiritum visorium reddunt impuriorem, atq perturbant. Schonb. lib. 7. Pol. c. 9. p. 697.

VIRTUOSg.

Vir vita innocentissimus, ingenio florentissimg, proposito sanctissimg, tantû denig adornatg virtutibg, quantas perfecta natura et industria mortalis conditio recipit. Vell. lib. 2.
Vir in tantum laudandg, in quantum intelligi virtus potest. Pater. l. 1. c. 9.

LOCg AMOENg.

Locg ubi nec nemoris umbra, nec pratorum Smaragding viror, nec fontium vivae scatebrae desiderantur. Eras. p. 12.

MORI

Vita defungi. Er. 114.
Si moriendum est, malo semel mori, quam tot excarnificari pharmacis. Er. p. 8.
Naturalis fatorum conditio illum rapiut. Justin. lib. 2.
Parcarum munus est fila ducere et amputare, cum ipsis visum est. Er. 417.
Redonatum est coelo nobile illud pignus, ac depositum, quod fata terris commodarant, et occidit Sol ille literarum. Vid. pl. Cruc. p. 18.
10 Mihi stat alere morbum desinere Nep. in At. p. 245

IMMORTALIS.

Tui memoriam ne Lethaeq quidem amnis poterit abolere Er. p. 81. Relinqrere nunquam intermoritura nominis sui monumenta. Consecrare nomen suum immortalitati. Eras. 118.

Non omnis moriere, tui pars optima tristem vitabit Libitinam atraeq oblivia mortis Crue. p. 41.

VITA NOSTRA HOSPITIUM EST.

Ex hac vita discedo tanquam ex hospitio: non tanquam è domo: commorandi enim natura diversorium nobis non habitandi dedit. O praeclarum illum diem! cum ad illud animarum concilium coetumq proficiscar, et cum ex hac turbâ et colluvione discedam. Eras. ex Cic. p. 101.

Magna vitae pars elabitur male agentibq, maxima nihil agentibq, tota aliud agentibq. Eras. ex Senec. Ep. 1. p. 178.

MORS CUR SIT FORMIDABILIS.

Nativitatem nostram Deq voluit esse gravem ac periculosam matri, quo charius haberet, quod peperisset: Mortem a. unicuiq voluit esse formidabilem, ne passim homines sibi mortem consciscerent. Etenim cum videamus et hodie tam multos sibi manus afferre, quid censes futurum, si mors nihil haberet terribile? Nunc mortis acerbitas vitam nobis reddit chariorem: praesertim cum medici non queant mederi semel vitâ defuncto: quanquam ut non omnibq eadem est nascendi sors, ita non est eadem omnibq mortis ratio. Quosdam cita mors protinus liberat, alii lentâ morte contabescunt. Er. p. 328.

VER.

Cum se renovat annq, et humores conditi sese rursus proferunt non absq corporis periculo Er. 292. ibid. Annire, nascentis infantia: it. ea anni pars, quae magis pascit oculos, quam ventrem 394.

SOMNQ MORTI SIMILIS EST.

Somnq mors quaedam est, unde et ab inferis venire fingitur, et ab Homero mortis germanq dictq est: itaq quos somnq occupat, nec inter vivos, nec inter mortuos censendi sunt: potius tn inter mortuos. Er. p. 396.

DIEI ÆTAS.

Manè diei est adolescentia: usq; ad meridiem fervet juventus: mox virilis ætas: cui succedit pro senecta vespera: vesperam excipit occasus velut diei mors. Eras. p. 392. Vid. ibid. encomium AURORÆ.

INIMICIS BENE OPTANDUM.

Exemplo Phocionis, qui cum per invidiam damnatus esset bibiturus cicutam, rogatus ab amicis quid vellet etiamnum mandari filiis suis? ne hujus, inquit, injuriæ velint unquam meminisse. It. Aristides ob nomen Justi, ostracismo populi jussus est solum vertere: in exilio verò rogatus ab amicis, quid precaretur ingratissimæ urbi? Nihil aliud inquit nisi tantam rerum prosperitatem, ut illis nunquam in mentem veniat Aristides. Plura hujusmodi vide apud Eras. p. 395.

PRINCEPS NON SIT DEFORMIS.

Non solum integræ mentis, ac prosperâ valetudine convenit esse, qui Reip. gubernaculis assident, verum etiam formâ dignitateq; corporis præcellentes: Quanquam enim prima principum commendatio sit sapientia et integritas, tamen non nihil refert, quâ specie corporis sit, qui cæteris imperat: nam si sævus est, multum addit corporis deformitas: sin probus et pius, gratior est pulchro veniens è corpore virtus. Eras. p. 361.
Imperator sit et animo magno et corpore, imperatoriaq; formâ, ut cuivis admirationem sui injiciat. Nepos. in Iphic.

Magnificum nominis decus, quod per universum orbem resonat, quodq; cum ætate semper fit illustrius, atq; à funere tandem clarius elucescit. Eras. p. 414.

IRASCI.

Corrugare frontem, porrigere labra, Gorgoneisq; oculis aliquem obtueri. Er. 284.
Homo stomachi impotentioris. Er. p. 410.
Sanguis ebullit mihi circa cor. Ira exarsi. Nepos in Phoc.

TIMIDUS.

Cui cor in genua decidit. Eras. p. 276.

ÆGROTANS.

Homo valetudine plus quam vitreâ, tum quotidianis morbis iisq; atrocissimis gravissimisq; afflicta, ut vel Milonem possint dejicere. Er. p. 319.
Morbo occupari Er. p. 227.

CLARUS: NOBILIS.

Homines imaginibus clari, et re lauta. Er. p. 426.
Vir incomparabilis, et in quem, ut Zeuxis in suam Venerem, aut Phydias in clypeum Minervæ, natura contulisse videtur quicquid est Venerum et gratiarum. Cruc. p. 88. in Epist.
Cujus fama et eruditio cum ipso solis circulo determinatur. Neudus.
In excelso famæ theatro collocatus est. Cruc. p. 73.

FOELIX

Vix ullius gentis, ætatis, ordinis hominem inveneris, cujus fœlicitatem hujus fortunæ compares. Paterc. lib. 1.

Vide ne fortunam tuam nimis onerando fatiges. Just. lib. 12. c. 9.

FAMA.

Hanc rem serus, sed vanus rumor secutus est, et huc perlatus est, non sine frequenti splendidorum mendaciorum comitatu. Eras. p. 330.

BOS AD CEROMA.

Bovem adducere ad ceroma, id est ad id, ad quod inutilis est. Erat a. ceroma unguentum, quo olim ungvebantur Centauri. Bos a. ad certamina inutilis est. Eras. p. 401.

FORMOSA. FORMA.

Generosa puella, in quâ nihil desideres, sive formam spectes, sive mores, sive genus, sive fortunã, et Jove marito digna. Eras. 358.

Formam naturæ Privilegium vocat Plato, donum fortunæ Diogenes: modici temporis tyrannidem Socrates: mutuam commẽdationem Aristoteles. Schönb. 18.

SERVI ATTRIBUTA.

Apelles Servo picto attribuit aures asininas, nares porcinas, manus omni instrumentorum genere refertas: humeros patulas: ventrem macilentum, pedes corvinos, labra duabus seris clausa. Schönb. ex Cass. p. 77.

GLORIÆ SIGNA. ADITUS ad illam.

Gloria præcipuum quoddam ornamentum dictutum est, quæ non aliter gaudet agnosci, quam Sol amat lucere, vel ob hoc ipsum, ut et prosit quamplurimis, et quamplurimos ad sui pelliceat amorem. Er. p. 413.

Si cupis gloriam virtute partam, præcipua virtus est negligere gloriam: et summa laus est non ambire laudem, quæ magis sequitur fugientem. Er. 414.

Clarissima ad illustre nomen est via, bene mereri cum privatim de singulis, tum publicitus de universis. Id partim fit officiis, partim benignitate. Benignitas sit temperanda est, ne cogaris ab aliis rapere, quod aliis suppedites etc. Vid. Er. p. 415.

VIRGO FORMOSA.

Ut hesperus fulgidissimas stellas vincit, et Lunam Sol fulgore maximo superat: sic tibi laude formæ nulla virgo æquabitur: Sed velut præsente Sole pereunt omnia sidera, sic tecum collata forma cunctarum obtenebrabitur. Singulæ corporis tui partes sunt dignæ amplissimâ laude, queis narrandis nedum exornandis vix Gallicum Herculem satisfacturum, vel Nestorem, existimo. Quis digne gemina rutilantia fronte lumina laudet? ex quibus vel mille gratiæ catervatim emicant. Quis roseum os? aut quis genas

rubicundulas? quis palpebras nigras laudet? quis aureos capitis pilos celebret? quis mamillas eminentes summo ibidet pectore. Deniq cuncta respondent sibi, quæ sunt toto in corpore. Nil nisi magnum, nihil parvum nimis: symmetria justa confirmata sunt omnia. Stummelig in Comm. Stud.

MEMORIA QUID SIT.

Memoriam Plato Stomachum animi: Augustinus animi ventrem vocavit. Apposité. Nam uti Stomachus quotidie multa variaq recipit, nec tamen diuturnum hospitium indulget, ita prorsus memoria plurima quidem eaq diversissima complectitur, sed brevi, veluti oneris impatiens, aut admissorum Hospitum pertæsa, longè facilius dimittit, quam admiserit. Drex. in Aurifod. p. 25.

Memoria est vas multorum capax, sed rimarum plenum, hac atq illud perfluit. V. plur. Drex. p. 25.

MONACHI QUID SINT.

Si studiose Monachi nomen evolvatur, apparebit monachum re verâ esse monstrum ex tot Brutorum speciebus constitutum, quot literis scribitur MONACHUS.

M. 1. Moribus ~~aper~~ Simia.
O. 2. Oculis Aper
N. 3. Nidore Corvus.
A. 4. Arte Vulpes
C. 5. Corde Lupus.
H. 6. Hæresi Polypus.
U. 7. Voce asinus
S. 8. Superbia Pavo.

Vid. Christ. Matth. in Polit. p. m. 16.

MAMMÆ.

Duo veluti fonticuli turgidi, ac lacteo liquore, vel suapte sponte manantes. Eras. p. 26.

Vini uberum fontes perpetua lactis scaturigine stillantes. Cruc. p. 10.

DEFORMIS.

Homo tam exucus quasi vere sit pastus, quiq nihil aliud est videtur, quam Syphar hominis. Et. p. 420.

Homo pannosus, pediculosus, luridus, vietus, exucus, facie cadaverosâ, cujus cranium vix tres habet pilos. Er. 326

Homo trunco nasu, alteram trahens tibiam, manibus scabris, halitu gravi, oculis languidis, capite obvincto, atq sanies è naribus et auribus fluit: quiq cum alii habeant digitos annulares etiam in foemore gestet annulos. Eras. 359.

Deformitas corporis cum turpitudine certat ingenii, adeo ut animus dignissimo domicilio inclusus videatur. Poetæ. lib. 2.

Deformis et monstrosa, ut cernua quaedam spinturnicia et pithecia. [illegible] Neander in Orat. fun. Decad. 1.

DONATIONES OBSOLETÆ SUNT.

Senio et in usu obsolevit Titulus de donationibus, ut jure inter abrogatas recenseri debuerit. Baud. cent. 2. Ep.

HOMO PRIMUM RIDENS DORMIT.

Homo cum primum plorat vigilat, cum primum ridet dormit. Drex. in Aurif. ex Cardano.

FUR INSIGNIS.

Fur qui ipsum suum magistrū, furumq omnium antesignanum Mercurium, aut Mercurii filium in arte hac vinceret. qui probè doctus occultè tollere, clam surripere milvinis ungribus, quicquid attrectat suum facit. dignus qui tandem prœaltè crucis Candidatus fiat, in sublimè tollatur, et in longissimam literam extendatur. Drex. in Aur. p. 254.

PAUPERES.

Multi quando prandendum est à vacuo canistro ad pistoris misericordiam accurrunt, et opes alienas implorant, qui suis poterant gaudere. Drex. in Aur.

Audior Leberide. Er. p. 19.

Non habens domi unde vel murem pascat. Er. p. 29.

BENEFICIA NON SUNT OBLIVISCENDA.

Ethnici et ingrati beneficia pulveri, si quid mali patiuntur, marmori inscribunt: Christiani est injurias pulveri beneficia marmori insculpere. Drex. in Aur.

ODIUM CERTAMINIBUS ORTUM.

Odium certaminibus ortum ultra modum durat, et ne in victis quidem deponitur, neque ante invisum esse desinit, quam esse desiit. Paterc. lib. 1.

ÆMULATIONIS NATURA.

SUMMA TANDEM AD IMA DEVENIUNT.

Alit æmulatio ingenia, et nunc invidia, nunc admiratio incitationem incendit: naturaque quod summo studio petitum est, ascendit in summum: difficilisque in perfecto mora est: naturaliterque, quod procedere non potest, recedit, et ut primo, ad consequendos quos priores ducimus, accendimur: ita ubi aut præteriri, aut æquari eos posse desperavimus, studium cum spe senescit, et assequi non potest, sequi desinit, et velut occupatam relinquens materiam, quærit novam: præteritoque eo, in quo eminere non possumus, aliquid in quo nitamur, conquirimus: sequiturque ut frequens ac mobilis transitus maximum perfecti operis impedimentum sit. Paterc. lib. 1.

MENDICORUM FELICITAS.

Mendici suam miseriam ne cum Regum quidem fortunâ commutarent, quia faciunt, quod animo collubitum est, et summâ libertate fruuntur. Sive enim bellum est, sive pax, tuto vivunt: non describuntur ad militiam, non vocantur ad munia

publica, non censentur: quum populus expilatur exactio, nibus, nullus inquirit in vitam illorum, si quid admissum est etiam atrocius, quis dignatur in jus vocare mendicum? Etiamsi pulsent hominem, pudet pugnare cum mendico. Regibus nec in pace, nec in bellis licet suaviter agere: et quo majores sunt, hoc plures metuunt: hos veluti DEO sacros et vulgus metuit offendere. Eras. p. 241.

CONSVETUDO MALA PAULATIM MUTANDA EST.

Quod penitus infixum est animis hominum, multoque usu confirmatum inveteravit, ac velut in naturam abiit, subitò tolli sine magna pernicie tranquillitatis humanæ non potest: sed ita paulatim submovendum est, quemadmodum ille revulsit crines caudæ equinæ Vid. Eras. p. 213.

TERRA DICITUR OMNIUM PARENS

Non quod gignat tantum, sed multò magis quod nutriat ea quæ genuit: siquidem in terra nullum animantis aut plantæ genus nascitur, quod eadem succo suo non alat. Eras. p. 297.

SENIUM ACCELERANTIA.

Nihil æquè accelerat senectutem, quam immodicæ ac intempestivæ compotationes; impotentes amores mulierum, et salacitas immoderata. Eras. p. 199.

ROSARUM VARIETAS.

Multiformes Rosarum habitus sunt. Est quæ augusto foliorum galero tota contecta, fastigiatum pyramidis acumen primum absolvit, corpus reliquum viridanti vagina continet. Aliam videas diu collectos in

COECUS.

Lumina oculorum amisit. ~~Nepos~~ in Timol.

Oculi mei me vivente præmortui sunt; nox utrumque lumen occupavit. Drex. Aur. p. 84.

DIFFAMARE.

Convitiis aliquem flagellare. Eras. p. 432.

Mordacibus verbis in famam aliorum debacchari. Er. 313.

Eam alicui contumeliæ notam inurere, quam vix omnibus undis eluerit genitor nympharum Oceanus. Cic. p. 4. Ep.

CONTRADICERE.

Dictis alicujus tragulam injicere. Drex. in Aur. p. 96.

SENEX.

Cui extentum vitæ spatium est. Paterc. lib. 1.

sinum amictus lætam exsinuare, et foliorum suorum censum meditari, et patulo ridentis calathi honore, seminis inclusi crocum aureum ostentare. Verum caduca est omnis Rosarum gloria. Videas in eodem horto rosas, virgines rore matutino florentes et formosas: redi post paucas horas, et videbis deformes anus, quae decus omne ac divitias amiserint. Heu quam præceps jactura formæ! vix natæ consenescunt, et terram nutricem suis exuviis operiunt: quæ denso comarum igne modo riserant, mox collapsis pallidæ foliis plorant et emarcescunt. Hæc vitæ nostræ conditio est: fugit ætas, avolat, evanescit. Drex. Aur. p. 159

PARASITUS.

Ille meus est Mecænas, qui dicit mihi hodie apud me cœnas: et apud quem plenus propinatur culullus ille meus est Lucullus.

Nuncupatur Græcus non propter eruditionem, sed propter ingurgitationem Græcis familiarem.

ESSE ALICUI OBSTRICTUM.

Bene merendi studio me tibi perpetuò debendæ gratiæ reum effecisti.

TYPOGRAPHIÆ INVENTOR.

Artificium Typographicum Argentinæ inventum à Johanne Faustio, quem alii vocant Guttenbergerum Anno Christi 1440. d. 2. Jan. juxta Chronodistichon:

MIra typIs LIbros ars qVæ CeLerI eXCItat aCtV
GVttenbergerI genIo est InVenta IohannIs.

Schönb. lib. 3. Pol. c. 49.

ALLOBROGES sunt populi Galliæ, qui per suos Legatos Ciceroni Conjurationem Catilinariam patefecerunt, quamvis cum Lentulo prius consenserant, rectè igitur dicuntur infideles novis rebus. i. qui novis rebus studebant, ut explicat Bond in not. ad Od. 16. Epod. Horat.

NOVITAS SUSPECTA ALLOBROGIBUS.

Plerumque omnes novis rebus delectantur, quod tamen quandoque non convenit, neque enim semper novibus rebus sapientes fidunt, ut Allobrogibus evenit, qui nova Catilinæ facinorosa conjuratione commoti, illam Senatui Romano prodiderunt, ut est apud Sallust. ideoque dixit Horatius in Epod. Od. 16. versu 6. Novisque rebus infidelis Allobrox. quanquam et interpretari possumus, Allobrogen in rebus novis, ut erat illa conjuratio, infidelem, id est, populo Romano, valdè fidelem, ut dictio illa IN. non neget, sed ampliet, ut alibi apud eundum Horat. lib. 3. Carm. Od. ult. Quod nec imper edax, nec aquilo impotens, i. e. valde potens. Vid. Tessaur. in Præfat. ad Decis. Pedemont. n. 2.

Excerpta Philologica ex Nepote, seu Æmilio Probo.

Mores gentium sunt spectandi.

Nonnulli nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putant. Hi si didicerint non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari, non admirabuntur, nos in Grajorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem Germanam habere in matrimonio, quippe cum Cives ejus eodem uterentur instituto, at id quidem nostris moribus nefas. Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Nepos. in Præf. p. 2. 3.

Donum splendidum.

Artaxerxes Magnesiam urbem donavit Themistocli his verbis usus: quæ ei panem præberet: ex quâ regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant. Lampsacum unde vinum sumeret: Myuntem ex quâ obsonium haberet. Nep. in Themist. p. 29.

Liberalitas Cimonis.

Cimon fuit tantâ liberalitate, ut, cum compluribus locis prædia hortosque haberet, nunquam eis custodem imposuerit, fructus servandi gratiâ, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpè cum aliquem offensum fortunâ videret minus benè vestitum, suum amiculum dedit. Nep. in Cim. p. 45.

Clarus.

Vir et antiquitate generis, et gloria majorum, unus omnium maximè florens. Nepos in Milt. p. 4. v. p. 15.

Obsidere urbem.

Urbem opibus elatam operibus claudere, omnique commeatu privare: deindè vineis ac testudinibus constitutis propius muros accedere. Nep. in Milt. p. 13.

Tyrannus quis

Omnes a. et habentur, et dicuntur Tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea Civitate, quæ libertate usa est. N. p. 51.

Dives.

Homo omnium ditissimus, ut si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi, quam vel fortuna, vel natura tribuit. Nep. in Alcib. p. 52.

IN BELLO FORTUNA VALET.

In bello omnia communia Imperatoribus cum militibus fortuna, quod in prælii concursu abit res consilio ad vires, vimq; pugnantium. Itaq; jure suo nonnulla ab Imperatore miles, plurima verò fortuna vindicat; seq; hic plus valuisse, quam ducis prudentiam, verè potest prædicare. Nep. in Thras. p. 69.

IN BELLO NIHIL CONTEMNENDUM.

Præceptum illud omnium in animis esse debet: Nihil in bello oportere contemni: nec sine causa dici: matrem timidi flere non solere. Nep. in Thras. p. 70

INSTITUTIONIS VIS.

Dionysius Dionis filium sic educari jussit, ut indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus: nam puero priusquam pubes esset, scorta adducebantur: vino epulisq; obruebatur, neq; ullum tempus sobrio relinquebatur. Is usq; eò vitæ statum commutatum ferre non potuit, ut postquam in patriam rediit pater (namq; appositi erant custodes, qui eum à pristino victu deducerent) se superiore parte ædium dejecerit, atq; ita interierit. Nep. in Dione. p. 84.

CALLIDITAS CALLICRATIS.

De hoc homine callido et ad fraudem acuto, ingeniosissimè fallente Dionem. Vid. omnino Nepos in Dio. p. 89.

AMARI MAGISTRATUM PRÆSTAT QUAM METUI.

Nullum est imperium tutum, nisi benevolentiâ munitum: et invisa est singularis potentia et miseranda vita, qui se metui quam amari volunt. vid. Nep. in Dion. p. 91.

AMARE INIMICUM.

Sic subito misericordia odio successit, ut eum suo sanguine, si possent, ab Acheronte cuperent redimere p. 92.

INVIDIA VIRTUTIS COMES.

Est hoc commune vitium in magnis liberisq; Civitatib9, ut invidia gloriæ comes sit. Et libenter de iis detrahunt, quos emergere videant altius: neq; animo æquo pauperes alienam opulentum intuentur fortunam. Nep. in Chab. p. 98.
Vid. Nep. in Datam. p. 111.

Tantum ab invidiâ putat se absuturum, quantum â conspectu suorum recessit. Nep. p. 99.

SIMULATA AMICITIA.

Hæc mortem Datami conciliavit. V. Nepos in Dat. p. 119.

BOMBARDARUM INVENTOR.

Wenceslao regnante sub ann. Christi 138 inventa fuit machina belli, cujus ab impulsu mœnia quassa ruunt: in inventorem tale est Epigramma apud Sabin. p. 102.

Cum parat humano generi Chymista medelam
Sulphura Mulciberis dum sale mista coquit.
Mulciber ostendit mortalib9 acre venenum,
Quo nullum letho corpora plura dedit.
Quæ laturêre alios, Münsterq nomine ponit
Bertholdumq; vocat nomine reg nigrum.

VERITATIS AMOR.

Epaminondas adeo veritatis diligens fuit, ut ne joco quidem mentiretur: Commissa quoq; celabat, quod interdum non minùs prodest, quam disertè dicere.
Nep. in Epam. p. 124.

AMOR PATRIAE. ABSTINENTIA Epaminondae.

Cum Diomedon Epam. pecunia corrumpere vellet, ille Diomedonte coram ~~ait~~: Nihil, inquit, pecunia opus est nam si Rex vult, quae Thebanis sint utilia, gratis facere sum paratus. Sin a. contraria, non habet auri atq. argenti satis. Namq. orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae charitate. Te, qui me incognitum tentasti, tuiq. similem existimasti, non miror, tibi ignosco. Sed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me non potueris. Nep. in Epam p. 126.

COELIBATus interdum MATRIMONIO praestat.

Epaminondas uxorem nunquam duxit, in quo cum reprehenderetur â Pelopida, qui filium habebat infamem: maleq. eum in eo patriae consulere diceret, quod liberos non relinqueret: vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis: Neq. verò stirps mihi potest deesse. Namq. ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est. Nep. p. 135.

FORTITUDO EUMENIS.

Eumenes cum diutius in vinculis esset, ait Onomarcho, penes quem summa imperii erat, custodiae se mirari, quare jam tertium diem sic teneretur. Non enim hoc convenire Antigoni prudentiae, ut sic se uteretur victo. Quin aut interfici, aut missum fieri juberet. Hic cum ferocius Onomarcho loqui videretur, quid? tu inquit, animo si isto eras, cur non in praelio cecidisti potius, quam in potestatem inimici venires? Huic Eumenes

DOMUS ANTIQUA.

Domo eadem fuit contentus, qua progenitor majorum suorum fuerat usus, quam, qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat: Contra plurima patientiae, atq. abstinentiae. Sic enim erat instructa, ut nulla in re differret â cujusvis inopis et privati. Nep. in Ages. p. 152.

Propter odium fructum oculis ex alicuius casu capere. Nep. in Eum.

Utinam quidem istud evenisset, inquit: sed eò non accidit, quod nunquam cum fortiore sum congressus: Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. Non enim virtute hostium, sed amicorum perfidiâ decidi. Neq; id falsum: nam et dignitate fuit honesta, et viribq ad laborem ferendum firmis, neq; tam magno corpore, quam figura venusta. Nep. in Eum. p. 171.

CONTINENTIA PHOCIONIS.

Phocion cum à Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, Legatiq; hortarentur ~~ut~~ accipere~~nt~~ simulq; admonerent, si ipse his facile careret, Liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam: Hic ille: Si mei similes erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: Sin dissimiles sunt futuri: nolo meis impensis illorum ali augeriq; luxuriam. Nep. in Hoc. p. 174.

N. Phocion ob integritatem vitæ Bonus est appellatq, sicuti Aristides, cognominatq est Justq. Nep. 174.

HERMAPHRODITI ETYMOLOGIA.

Hermaphroditus dicitur ab ἕρμης, id est Mercurio, et ἀφροδίτη, id est Venq, quemadmodum Ausonius his versibq declarat in 120. Epig: Mercurio genitore satus, genetrice Cythere
Concretus sexu, sed non perfectus utroq;
Et Ovid. lib. 4. Metam
Mercurio puerum et diva Cythereide natum,
Najades Idæis enutrivere sub antris:
Cujus erat species in quam materq; paterq;
Cognosci possent, nomen quoq; traxit ab illis.
Alias Hermaphroditus etiam vocatur androgynus, ab

ἄῤῥεν et θῆλυ, et refert Plinius olim in Prodigiis, suo verò seculo in delitiis habitos androgynos.
Bord: Com. Inst. lib. 1. Tit XI.

Hamilcar cognomine Barcas fuit dictus. Nep. 189. Occisus est in prælio pugnans adversus Vectones. p. 194.

Varia Hannibalis Strategemata, de pecunia suâ illusis Cretensibus servata, de victis Pergamenis serpentibus etc. Vid. Nep. in Hannib.

PER ALPES HANNIBAL ITER FECIT.

Posteaquam Hannibal ad Alpes venit, quæ Italiam ab Galliâ sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, præter Herculem Grajum transierat: quo facto his hodie Saltus Grajus appellatur: Alpicos conantes prohibere, transitum concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecitque ut eâ Elephantus ornatus ire posset, quâ antea unus homo inermis vix poterat repere, hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.
Nepos. in Hannib. p. 198.

VIR DIVINUS.

Vereor si tantum illum prudentem dicam, ut minus quam debeam prædicem: cum ille potius divinus fuerit, si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus neque agitur, neque minuitur. Nep. in Attic. p. 226.

LIBERALITAS ET MANSUETUDO ATTICI.

Sic Liberalitate utens nullas inimicitias gessit, quod neque lædebat quenquam, neque si quam injuriam acceperat non malebat ulcisci, quam oblivisci. Idem immortali memoriâ recepta retinebat beneficia: quæ autem ipse tribuerat, tam diu meminerat, quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaque hic fecit ut vere dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam. etc.
Nepos in Attic. p. 231.

EXCERPTA PHILOLOGICA UT ET HISTORICA EX JOCOSERIIS Othonis Melandri. Liber fuit impressus Francof. ao 1603.

Qui quandoq̀ Sales non immiscere facetos
Nevit: is indignus, qui voret ore Salem, est:
Quive recensentem non vult audire Lepores
Est lepus atq̀ animi non habet ille Salem.

ROBUR INAUDITUM.

Anno 1582. cum Turcarum Imp. circumcideretur inter cætera Spectacula, quidam incudem grandem et ponderosam manibus suis supra caput sublatam, tam diu tenuit, donec duo robusti fabri ponderosis malleis ex ferro candente calceum equi ferreum in eo cudissent. Quo facto incudem in altum projectam brachiis expansis iterum excepit. Videat. JOCUS 7. p. 22.

MEDICUS MONACHUS.

Medicum freqventes fæminæ Monachum petunt.
Nil suspicare: ÆGROS DOMI VIROS HABENT. Joc. 20.

INNOCENTIUS PATER.

Octo Nocens pueros genuit totidemq̀ puellas.
Hunc merito poteris dicere Roma PATREM. Joc. 21.

PAPA NON EST PURUS HOMO.

Criminantur nos Papicolæ quod homines idola erigamus, Lutherum, Philippum et alios. Miror cur eos non pudeat: illi Papam idolum adorant, provolvunt se ad oscula pedum ejus, dicunt non esse purum hominem, arbitror, quia impurus sit. Jocoser. 23.

PULICUM CALLIDITAS.

Actius exagitat pulicum muliebria cœtus
Corpora: securos et sinit esse viros.
Scilicet si tribuunt escam tantummodo, potum
Illa simul vivo tradere fonte solent. Joc. 113.

EPISCOPI ETYMOLOGIA.

D. Keisersberg Concionatur Argentinensis solitus est dicere, se libenter revocare nomen Episcopi ad Etymologiam Germanicam, ut sit Bischoff quasi bey dem Schaffen. Sed non movere Episcopos hac Etymologia, ideoq; se cogi ut contrariam Etymologiam afferat, ut de Bischoff, qs. beiß die Schaf. 267.

FORMOSAE PUELLAE REQUISITA.

Triginta hæc habeat, quæ vult formosa vocari
Fœmina: sic Helenam fama fuisse refert.
ALBA tria: et totidem NIGRA: et tria RUBRA puella:
Tres habent LONGAS res: totidemq; BREVES:
Tres CRASSAS: totidem GRACILES: tria STRICTA, tot AMPLA
Sint ibidem huic formæ, sint quoq; PARVA tria.
Alba Cutis, nivei Dentes, albiq; Capilli,
Nigri Oculi, Cunnus, nigra Supercilia.
Labra, Genæ atq; Ungves rubri, sit Corpore longa,
Et longi Crines, sit quoq; longa Manus.
Sintq; breves Dentes, Auris, Pes, Pectora lata,
Et Clunes, distent ipsa Supercilia.
Cunnus et Os strictum, stringunt ubi cingula stricta,
Sint coxæ et Culus, Vulvaq; turgidula.
Subtiles Digiti, Crines et Labra puellis,
Parvus sit Nasus, parva mamilla, Caput. Joc. 176.

DOCTOR BULLATUS.

Doctorem te bulla creat, tibi bulla decori est,
Bulla tibi vires, bulla parit titulos.
Sed caveas, ne forte nimis te bulla perennet,
Bulla homo es, et Doctor bulla, quid ergo tumes?
Usq' adeò te tollis homo, te fastus obumbrat,
Ut te, quod non es, turpiter esse putes? Joc. 203.

CARMEN NUPTIALE.

Habebat Johannes Clajus servum, qui toto vitæ tempore à nuptiis abhorruerat, in senili suâ ætate puellam. 16. annorum duxit. Is igitur à Dño suo carmen nuptiale petiit et impetravit tale:

Iste vetus juvenis Socius prius ad stationem
Arripit, atq' altum tempus habere cupit.

Explicatio disticbi hæc est: Iste vetus juvenis socius, dieser alte junge geselle, arripit greiffet, ad prius stationem zum ehestand, atq' cupit, und begehrt, habere zuhaben altum tempus hochzeit. Joc. 377.

~~BARTOLI~~ BALDI. INTERITUS

Erat Baldo in delitiis catellus Militensis, cum quo cum aliquando leniter luderet, leviter ab illo in labro morderetur, ac post quartum mensum rabie ipse correptus est, et hydrophobicus, id est aquas metuens, effectus, interiit. Jocos. 413.

MELANCHOLICUS MORBUS

Melancholicus quidam imaginabatur sibi totam mundi superficiem esse ex subtiliss. vitro, et subtus esse serpentes, se in lecto tanquam in insula, unde si egrederetur frangeret vitrum, et ideo nolebat ex lecto egredi. Joc. 1020.

Ex HISTORIA DE EURIALO et Lucretia, descripta ab Ænea Sylvio.

VENUS SENIBUS INVISA.

Senes tam idonei sunt amorum auditores, quam Prudentiæ juvenes. Nec quicquam est Senectute deformius, quæ Venerem affectat sine Viribus. Invenies tamen et aliquos amantes senes, amatum nullum.

Amatorium scriptum mihi non convenit, qui jam meridiem prætergressus, in vesperam feror, id est qui jam 40. annum attigi.

MULIERES FORMOSÆ

Mulieres oculos humi dejicientes, ut verecundiores fiunt, sic pulchriores redduntur. Sparso namque inter genas rubore, tales dant ore colores, quales Indicum ebur ostro violatum, aut quales reddunt alba immixtis purpureis rosis lilia. Genæ cum mulier ridet, in parvam utrinque dehiscunt foveam.

Sicut Orpheus sono Cytharæ sylvas ac saxa secum fertur traxisse, sic ista homines suo, quocunque videbat, intuitu ducebat.

Hunc nec amori forma nec divitiæ reddunt ineptum.

AMOR AMARUS.

Semper moritur et nunquam mortuus est, qui amat.

VENEREM EXERCERE.

Itur in venerem lensis velis, fessamque navigio Cythereram, nunc Ceres reficit, nunc Bacchus.

Excerpta ex Scrutinio Ingeniorum Jani Huarti. Med. Dd.

Quot capita tot sententiæ.

Omnes homines sub una eadem indivisibili constituti sunt specie, ac potentiæ animæ rationalis, uti est memoria, intellectus et voluntas, æqualem in omnibq perfectionem obtinent quin imo intellectus potentia merè spiritalis, ~~et~~ prorsus ab organis corporeis remota est, qui igitr fit ut nihilominus eorum quilibet attestante id experientia, diverse judicet, et discrepantem â reliquorum omnium sententiis ferat calculum? R. In particulari hominum compositione ac structurâ quædam causa naturalis hæret, quæ vi ac velut involuntariè homines ad diversas adeo ac differentes opiniones inclinet; hæc causa a. est Intemperies; si enim omnes temperati essemus, et iisdem temperatis vesceremur cibis procul dubio eosdem conceptus plerumq formaremus. Vid. Præfat. Autoris p. 14.

Jurisprud. Origo.

Omnium artium prima, quæ in Paradiso terrestri initium sumserunt, fuit Jurisprudentia: in quâ fundatus fuit Processus eodem illo ordine judiciali, qui etiamnum in viridi observantia est, ita ut pars citaretur et proponeretur Actio, quam seqvebatur responsum Rei, ac demum sententia Judicis et Condemnatio. p. 33. in Præfat.

Intellectus quid?

Intellectus est potentia generativa, quæ impraegnatur et parit, quæ filios nepotesq habet, quin nec obstetrice destituitur, uti Plato loquitur, quæ partum promoveat. Filium a. quem parit nihil aliud est qvam notitia s. conceptus. Cap. 1. p. 37.

Ingenium. d.r ab ingenerando.
Racha significat hominem ingenio destitutum.

INGENIORUM DIFFERENTIÆ.

Ingenium bonum est (1) illud quod benè dicenti obedit (2) Optimum est illud, quod omnia per se intelligit, quale in summo gradu quidem definitur, sed non datur; multi tamen proximè ad id accedunt. (3) Ingenium excellens cum mania, quale datur in Poëtis et Sybillis. Vid. cap. 1.

Ingenium ad literas ineptum et inhabile (1) est illorum, quorum anima ita intra materiales corporis qualitates sepulta, ita à causis, quæ partem rationalem perimunt, circumquaquè obsessa est, ut nunquam conceptus, qui ad literas spectent, gignere possint. Et hi parum â brutis differunt. (2) Altera inhabilitatis species quidem tanta non est: concipiunt enim figuram ex primis principiis, atque inde etiam eruunt Conclusiones, quamvis pauciores et magna cum molestia: sed figura illa intra memoriam non ultra subsistit ac perdurat, quam dum præceptores hanc ipsis delineant. Hi cerebrum nimis aqueum habent: atque ideo figuræ nihil imbi pingvedinis vel succi oleaginei reperiunt, ubi se figere et sistere possint. (3) Tertia inhabilitatis species valde communis est, quippe quæ quidem intra se concipit figuram primorum principiorum, atque inde conclusiones multas extruit, verum cum rem quamlibet suâ in classe ac sede collocare debet, mille absurditates committit. Hi sunt quos in Scholis confusos nominant: quorum cerebrum discors atque inæquabile est tam in substantia quam in temperamento. (4) Inhabilitas eorum est, qui quidem omnia apprehendunt, firmiter retinent, et convenienter operantur, sed rationem ejus quod sciunt reddere nequeunt. Cap. 2.

TEMPERAMENTUM FRIGIDUM.

Hippocrates ac Galenus illam temperiem judicant optimam, in quâ nec calor frigiditatem, nec humiditas siccitatem excedit. Verum hanc temperiem non esse optimam probatur verno atq; autumnali tempore, tunc enim aeris temperies ejusmodi est, sed varios morbos secum fert: in calore vero æstatis, aut frigore hiemis rectius homo valet quam in vere vel autumno. Proinde concludit frigiditatem esse maximi momenti ad virtutes suas animæ rationali in pace conservandas: nulla enim qualitas inquit Galenus tantopere concupiscibilem atq; irascibilem debilitat atq; frigiditas facit: nec ulla tantopere animat atq; excitat animam, inquit Arist. præsertim si cum siccitate conjuncta sit. Debilitata vero atq; ægrotante inferiori portione, incredibile est quantum virtutes animæ rationalis crescant. Cap. 5.

Literati et qui meditationib9 animum applicant, debilem habent Stomachum. Senper racibos sine calore naturali coquit, quia calor regulariter in capite illis exstat. cap. 5.

CEREBRUM BENE DISPOSITUM AD SAPIENTIAM QUALE DEBEAT ESSE.

Quatuor in tali cerebro requiruntur conditiones. Prima est bona structura seu compositio, cujus indicium sumitur ex fronte parum gibba: plana enim et obtusa, obtusum indicat ingenium: altera partium justa unio: tertia ne calor frigiditatem, nec humiditas siccitatem excedat: quarta ut subtilissimis ac maximè delicatis constet partib9. Jam bonæ compositioni alia insunt quatuor. Primo bona figura. secundo sufficiens quantitas: tertio ut cerebrum quatuor instructum sit ventriculis, iisq; ita distinctis, et ab se invicem separatis, ut quilibet eorum propriam sibi ac solemnem sedem teneat: quarto ne capacitas eorum major minorve sit, quam exequendis eorum operib9 conveniat. Cap. 6.

Ad bonum et sapiens ingenium multum conducit etiam sangvis arterialis et vitales spiritus, qui totum permeant corpus ac veluti individui comites cerebro adhærent.

SAPIENS MACILENTUS ESSE DEBET.

Non obæsus; carnis enim temperamentum calidum humidumq est, inde nullum animal porco stolidius est, quod multa carne abundet. Unde et porci animam salis tm loco eidem esse Chrysippus dicebat, ne corpus ejus putresceret. Et homines quib9 carnosa sunt capita reputantur pro stultis. Duplex d. obæsorum genus est: alii carne, ossib9 et sangvine repleti, alii pingvedine farti sunt: priores ex hi plerumq stupidi, posteriores multum ingeniosi sunt, quia ibi caro sangvisq deficit, ibi regulariter ingenium excellit. Unde et Plato dixit capita sapientum plerumq imbecillia, ac velut levissimæ offensioni esse obnoxia: eo quod natura velut delicatiora illa finxerit, rata ingenium se offendere, si multâ id materia enervaret. cap. 6.

MULIERES ABORTUM FACIUNT NISI DESIDERATI CIBI PARTICIPES FIANT.

Ratio naturalis est, quod spiritus vitales, antequam appetitus ille se exereret, intra ventrem se continebant, foetus retentionem adjuvantes: at nunc nova illa superveniente cibi imaginatione moti ad stomachum feruntur, atq appetitum ibi movent, ut interim, nisi fortissima ventris retentrix vis sit, embrionem tenere neqveat, atq ipsa hæc caa abortum illi e vestigio causetur. cap. 6.

Capite 7. demonstrat, animam vegetativam, sensitivā et rationalem sapientes esse, licet â nemine instruantur: modo temperamento ejusmodi sint prædita, quale operationib9 earundem exeqvendis convenit.

LOQVACITAS UNDE SIT.

Cum cerebro primi gradus calor obtingit, homo inde fit eloqvens, cui multis in reb9 ipsa se verba sponte offerunt, quæ eo pertinent. Ita taciturni omnes frigidi cerebri, ac loqvaces calidi sunt. cap. 7.

Humor Cholericus Poësiac commodus est. Unde inquit Horat. nisi evacuasset suam choleram, quod nemo ipsum Poëta superaturus fuerit in arte Poëtica.

QUARE SENES AMPLIUS MENTE VALENT: JUNIORES OCYUS DISCUNT.

Respondet Arist. memoriam senum plenam esse tot rerum figuris, quas toto vitae tempore ~~impresserint~~ collegerint, ut quod jam ultro ei conentur imprimere spatium aliquod et locum vacuum non inveniat. At puerorum memoriam vacuam adhuc, utpote quae pauxillo ab eorum nativitate remota est tempore. Idq. clarius reddere conatus exemplo memoriae matutinae comparatae cum memoria serotina: dum inquit: manè nos multò felicius discere, quod memoria adhuc vacua sit; serò verò difficilius rem ediscendam inprimere, quum ea jam tum scateat rebus, quae toto die elapso, animum occuparunt. Verum haec responsio non valet, quia species ac figurae, quae intra memoriam sunt, non sunt corporeae et granditativae ut locum occupent sed immateriales et spiritales. Responsio igitur haec verior est, nimirum quod senibus excellens intellectus sit, quoniam multa siccitate abundant, ac careant bonâ memoriâ, quia justâ debitaq. humiditate destituuntur. Quamobrationem substantia cerebri induratur ac impressionem figurarum non recipit. Contrarium pueris accidit, qui ob magnam cerebri quam habent humiditatem ingenio destituuntur, ac ob mollitiem cerebri sui multum memoriosi sunt.

Memoriam mane promptiorem, quam vesperi non negamus: at verò non id ex eâ caâ oritur, quam adsignat Aristoteles: sed potius quod somnus praeteritae noctis cerebrum humectavit ac fortificarit, cum id contra elapsae diei vigiliae exiccarint atq. indurarint. Nunquam a. bona memoria et bonus intellectus, in gradu excellenti in eodem homine reperitur, quia humidum et siccum sunt contraria, quae in eodem subjecto esse non possunt. cap. 8.

Cap. 8. probatur à solis hisce tribus qualitatibus, Calore, humido ac sicco omnem oriri ingeniorum humanorum differentiam. A siccitate enim oritur bonum judicium, ab humiditate Memoria, à Calore Imaginativa.

IMAGINATIVÆ BONÆ INDICIUM

Qui duras atq; asperas carnes habent, & ingenio & imaginativâ multum valent. At quorum fabrica corporis è delicatis carnibq constructa est, ibi memoria excellit, ratio est, quod humores, quæ carnem reddunt mollem phlegma & sangvis sunt, qui a. indurant carnes cholera ac melancholia. Similiter bonæ imaginativæ indicium sunt capilli crassi, nigri, asperi & spissi, sicuti delicati & molles bonam memoriam indigitant. cap. 9.

RISUS CAUSA.

Homines nimium risibiles imaginativa destituuntur, quia multum sangvinei sunt, et sangvis multam in se humiditatem habet, quæ imaginitivæ, tanquam quæ â siccitate oritur, contraria est.

Causa risus non est alia, quam approbatio ejus, quod facit imaginativa. Et quum potentia hæc in cerebro resedeat, referendo ei quasi rem quampiam hujusmodi illico id movet, atq; statim post cerebrum ipsos quoq; musculos. Atq; inde oritur quod sæpenumero dicta quædam acuta approbando caput inclinamus. cap. 9.

MEMORIA EXERCITATIONE FIRMIOR FIT.

Sed qui pt hoc fieri, quum tamen exercitatio omnia non modo corporis, sed etiam spirituum atq; ingenii carnes exugat & exiccet. R. Figuræ indies receptæ substantiam cerebri molliunt ac demulcent, eadem prorsus facie, uti cera redditur liquidior, dum manu longiuscule tractatur. Nam et vitales spiritus habent virtutem emolliendi atq; humectandi corporis membra quæ dura sunt, non secq ac ignis ferrum emollit. cap. 9.

Cap. 10. autor statuit ignem damnatorum animas in inferno urentem materialem, proinde ut est iste quo in terris utimur, idq; confirmare annitur historiâ divitis et Lazari.

SCHOLASTICI Del. NON SUNT BONI LATINI

Ratio hæc est, quia lingvas addiscere est memoriæ opus, quod apparet in infantibq, quâ hujusmodi viri destituti fuerint. Verum subtiliter speculari ingenii opus est: unde fit, ut illi qui egregium habent ingenium, latinitatem, utpote quæ memoriæ opus est non in summo gradu addiscant. cap. 11.

DOCTI MALAS PINGUNT LITERAS.

Quia scribere est opus imaginativæ: et sublilissime philosophari convenit ingenio, quæ duo sunt contraria et in eodem subjecto esse nequeunt. cap. 11.

PUERI SERO LOQUI INCIPIENTES FIUNT ELOQUENTES.

Multum enim humiditatis in lingvâ habent, ut et in ipso cerebro. Cæterum ubi cursu temporis humiditas illa subinde absumpta fuerit, facundissimi evadunt, ob multam quâ pollent memoriam, cujus humiditas nimia paulatim temperatur. exemplo est Demosthenes et Cicero. c. 11.

SEPTENTRIONALES SUNT INTELLECTU DESTITUTI.

Ratio quâ hoc probare nititur Arist. est quod nimia regionis frigiditas intro naturalem calorem per antiperistasin revocet, nec ut dissipetur ei permittat. Atq; ita magna isti et humiditatis, et caloris copia abundant: unde fit ut conjungant et multam memoriam pro lingvis addiscendis et bonam imaginativam. cap. 11

VOX GRANDIS. VOX SUBTILIS.

Vox bona et gravis oritur â calore et pectoris humiditate, sicuti vox subtilis oritur â frigido et sicco temperamento, quod videre est in eunuchis et mulierib. cap. 12.

PHLEGMATICI NON SUNT LOQVACES.

Phlegmatici dum sine animi commotione sunt, multum frigidi humidiq; in cerebro habent: atq; ideo se ipsis non offert quidqvam quod dicant, magnâ etiam humiditatis copia lingvam eorum relaxante. Sed qvum ad iram provitantur, calor metas suas transilit atq; imaginativam elevat. Unde ingens se ipsis offert dicendi copia, qvam lingva impedire amplius non potest, qvum jam tum incaluerit. Nec vena poetica pollent, quia nimii frigidi cerebri sunt. cap. 12.

Omnia ordine decenti in musæo, in libris et re, sibi servare: Scacchicum lusum egregie ludere indicium est bonæ imaginativæ. cap. 11.

Cap. 12. probatur quod eloqventia ac dicendi elegantia non possit inesse hominib. qui singulari intellectu præditi sunt, eloqventia enim oritur â conjunctione memoriæ cum imaginativâ in medio quopiam caloris gradu, q tantorum virium non est, ut cerebri humiditatem possit dissolvere. Probat exemplo Socratis, q fuit ingeniosissimus nec tamen eloqvens. Hinc multi sunt boni concionatores, q tn nihil studuerunt, et vicaversa. Theologia enim positiva pertinet ad intellectum, practica ad memoriam et imaginat. cap. 13

Cap. 14. probatur Theoriam legum ad memoriam Advocandi ac judicandi facultatem, quæ est legum praxis ad intellectum, et gubernationem Rerump. ad imaginativam pertinere.

Cap. 15. probatur Theoriam Medicinæ partim ad memoriam, partim ad intellectum, praxin verò ad imaginativam pertinere.

LEGISTA.

Legista, qui multas leges memoriâ tenet, recte comparatur scrutario alicui vel interpolatori, qui multas in taberna suâ thoraces habeat ad certam mensuram confectos, qui ut exinde seligat aliquam emptori quadrantem, omnes ei applicat, ac si eorum nullus corpori empturi respondeat re infecta eum â se dimittit. At vero alter ille Legista qui bono intellectu præditus est, non absimilis est bono sartori, qui forficem manu tractat, ac panni volumen domi suæ habet. Is ergo ad mensuram corporis cujusvis qui vestiri avet, thoracem efformat. Forfex boni advocati intellectus est. Is enim ad mensuram casus cujusque legem ipsi certam â reliquo juris volumine recisam applicat, et eâ casum veluti vestit: quam si integram non invenit, sed talem quæ in propriis terminis casum non decidat, è certis juris particulis ac centonibus vestem ipsi conficit, qua contra quasvis injurias defendere eum possit. cap. 14.

IMAGINATIVA.

Imaginativa est motio, quam sensus exterior causatur, adeò ut calor, qui ex re coloratâ multiplicatur, oculum alteret: nam idem ille calor, qui intra humorem crystallinum est, intrat ac penetrat ad ipsam usque imaginativam, in illaque eâdem ipsam figuram efficit, quæ in oculo exstebat.

VERSUTIA dr. â versor: nam illi qui fraudulenti et astuti sunt, vel uno momento dolum adsequuntur ac mentem magna facilitate versant.

MALITIÆ & MILITIÆ Differentia

Malitia et Militia in uno eodemque nomine conveniunt mutato A. in I. et viceversa, quin et definitione concordat, quod nos docet Cicero, inquiens: Malitia est versuta et fallax nocendi ratio: Perinde etiam in bello, non tractatur aliâ de re, quam quo pacto hostis offendi, eique insidiæ strui possint. Itaque belli Ducis optima proprietas est, ut malitiosus erga hostem sit. cap. 16.

Prudentia â frigiditate oritur: Fortitudo a. et animositas â calore provenit. unde idem homo nequit prudens simul et animosus esse. cap. 16.

HIDALGI.

Hidalgi vocantur in Hispania nobiles, quorum principii origo non extat memoria: nec scripto aut monumentis doceri potest, vel quo tempore nobilitas illorum coeperit, vel quinam Rex gratiam nobilitatis iis fecerit. Hidalgus autem latine idem est, quod dicas: filius alicujus: unde inventor hujus nominis significat, nobilitatem licet antiquissimam tamen ab aliquo, initium ducere. cap. 16.
Si autem inquiramus Hidalgorum veram originem, deprehendimus illum dici Hidalgum, qui descendit a milite aliquo ita animoso, ut propter egregia sua facinora meruerit stipendium quingentorum solidorum. Qualis miles statuto ac consvetudine Hispaniae et ipse et omnes ejus posteri a solvendis tributis, ac praestandis Regi servitiis liberi immunesque erant. cap. 16.

Cap. 16. probatur artem militarem ad imaginativam referendam esse in qua cholera se totam absumat, et quasi comburat: unde etiam duces sunt fraudulenti et astuti.

17

HOMINIS PERFECTÈ HONORATI REQUISITA.

Sex in homine perfecte honorato requiruntur conditiones: Prima est valor propriae personae, qui in prudentia justitia, in animo ac fortitudine consistit. Secundo: requiruntur bona et facultates. Tertio nobilitas majorum atque antiquitas. Quarto, quod honorabilem reddit hominem, est si cum officio aliquo honorato sit, si in notabili aliqua dignitate constitutus conspiciatur.
Quinto: Bonum ac gratiosum nomen. Sexto est decor atque ornatus personae cujusque, ut splendide vestitus incedat magna comitante caterva. cap. 16.


Nobilitas instar Nullitatis est in numeris arithmeticis. Nullitas enim nisi alii numero adponatur, nec momenti alicujus est, nec summam per se efficit. cap. 16.


VENDICO idem est ac si quis dicat, pro se aliquid vindicare, vel sibi acqrere id, quod vel ex soluto, vel alio jure sibi debetur. ibid.

UNIVERSITATES ILLÆ MALE FACIUNT,

quae judices constituunt, ac praemia licentiarum primi, secundi, tertii, designant iis, qui melius in examine steterint, quia difficile est intellectu divinare uter utrum praestet

quoniam causa spiritualis et multum subtilis est: adhaec Candidati ipsi hac de re se invicem invidia prosequunt. Ratio quidem praemia distribuentium haec est, quod hac ratione Studiosi incitentur ad studia. Sed fallit haec ratio: quia si ponatur duos ad Scientiam aliquam admitti, quorum alter ingenio ad hanc habili, alter inhabili praeditus sit, prior sine ullo labore hanc addiscet, alter vero noctes diesq licet studiis incubuerit nihil tamen efficiet, et in examine alteri, qui tn se negligentior fuerit, postponetur. Si universitates nullos alios ad literarum studia admitterent, quam qui habili ingenio instructi essent tunc praemia illis recte proponerent. cap. 16. Nunc a. haud aliter faciunt, quam si duobus cursoribus praemium ponerent, quorum alter expeditissimis esset cruribus, alter vero pedum alterutro destitueretur. ibid.





Consilium Johannis Henrici Alstedii de Copia Rerum et Verborum.

Copiam RERUM quatuor Sigillis ceu Clavibus contineri et reserari ajo, testor. PRIMUM est SIGILLUM ENCYCLOPÆDIÆ. Oblato enim themate illud deducendum est per omnes et singulas disciplinas: e.g. de Pane verba facturus consideret eum Metaphys. ratione veritatis, bonitatis, perfectionis etc. Physicè ratione materiæ, formæ, privationis generationis etc. Theologicè ratione Dei, hominis utentis vel abutentis. Oeconomicè ratione matrisfamilias, pistoris etc. Hoc memorandi et amplificandi artificium pro singulari habeas velim. Necessum d. est in promptu habere Technologiam, ex quâ pervideri queat singularum disciplinarum nexus, ut hac ratione ex una in aliam ritè progrediare. Oportet insuper titulos disciplinarum tenere memoriâ, ut eos de propositâ materiâ rectè enunties.

SECUNDUM Sigillum est UNIVERSITATIS, quo fit ut omnia de omnibus dici possint affirmando vel negando, propriè vel impropriè etc. e.g. de homine dici potest, quod sit Deus, Angelus, diabolus, lupus, planta, ovis serpens. etc.

Vid. Brunum de Lamp. Combin. Lullian. c. 2.

TERTIUM sigillum est AUTHORITATIS. quo fit ut oblato themate aliquo, sumatur ad manum liber aliquis, qualis qualis ille sit, et obvia quæque de proposito themate enunties. V.g. Si de Prudentia tibi sermo fuerit habendus, accepto

Psalmo primo, hoc pacto disseres: Prudentia est, quæ hominem ad beatitudinem perducit. Hac vir differt à puero. Prudens est qui de rebus agendis rectè consulit, et meditando præsentia, et recolendo præterita, et providendo futura. Non est qui tantum pensitat, quæ sint καλὰ τὰ ὅσα; Sic totum Psalmum percurres. Ad eundem modum ex initi. lib. 1. Aneid. probabis mundum esse æternum vel non æternum.

Quartum Sigillum est. ALPHABETUM LULLIANUM cujus formam videas in Lexico Philosophico, sub titulo Cyclognomica. Praxis Alphab. Lulliani.

(1) Quoties offertur thema simplex, considera ad quænam subjectum pertineat. Deinde prædicata absoluta de illo effer: hac lege ut unumquodq prædicatum absolutum deducas per singula respectiva. v. g. Hominis bonitas consideratur, quatenus differt à bonitate Dei, Angeli, coeli etc. quatenus concordat cum iis, quatenus contrariatur avaritiæ, gulæ etc.

(2) Cum offertur thema compositum, ambos terminos ejus reduc ad sedes, et deduc per cellulas: e. g. Num Deus sit autor peccati Neg. (1) quia Deus est bonus. (2) quia est infinitus etc. ex circulo A. malum a. non est bonum, non est infinitum, non æternum etc. è Circulo T. Deus differt et distat à malo distantiâ infinitâ. Non est principium mali. E Circulo virtutum. Deus est autor et fautor justitiæ, prudentiæ etc. E. non peccati. Ex Circulo vitiorum. Si Deus est autor et fautor peccati, est autor avaritiæ, gulæ etc. At non hoc. E. Sed quo ruo! Satis de copia rerum nunc de

Quodvis Problema probari potest è Lullio argumentis 62. principalibus et accessoriis 3884. Vide Alstedii Syntagma Mnemonicum.

COPIA VERBORUM.

Verborum copiam tribus modis acquiri posse autumo, imo credo, videlicet nostro duplici, et uno Bruni.

Primus modus quo nos delectamur ita habet: Principio varietur sententia proposita per casus utriusq̀ numeri, per tempora et regulas Syntacticas Grammatices. Secundo eadem sententia varietur per tropos, figuras item dictionis et sententiæ totius Rhetoricæ. Tertio eadem sententia deducatur per terminos Logicæ inventionis.

Secundus modus est, qui fit per epistolas veras vel repræsentativas quæ quotidie scribendæ sunt hoc modo ut semper novi aliquid contineant.

Tertius modus est Jordani Bruni, et sic se habet.

Alphabetica certa sunt tenenda, quæ nobis suppeditant verborum phrasiumq̀ innumerabilem multitudinem. (2) Termini generales, qui vel in omni oratione vel in plurimis locum habent, sunt præmittendi, quia ex illis Alphabetum primarium constituitur, Suntq̀

I. Esse vel non esse. Non enim est Oratio, quæ in verbum Substantivum non resolvatur affirmativè et negative.

II. Sentire, Opinari, Scire, Intelligere, Ignorare, Imaginari, Dubitare.

III. Consentire, Dissentire: In Oratione enim accidit, ut omnes vel plures, pauci vel nulli consentiant et dissentiant.

IV. Eligere, Repudiare, Curare. Despicere. Magnifacere, Negligere. Hoc Alphab. exercetur universaliter circa ea, quæ consistunt in deliberando.

V. Affirmatio et negatio. Alphab. affirmandi erit ajo, censeo dico, judico, existimo, fateor, dico. etc.

VI. Interrogandi alphabetum, ut an, Forte, Numquid, Nonne?

VII. Facilis et Difficilis.

VIII. Evidentis et Occulti. Evidentis, ut patet, manifestum est.

IX. Similis et Dissimilis. In omni enim proposito, omnis generis similia adhibere possumus.

X. Rationes atq. Causæ, quibus utimur in quolibet discursu, ut, quia, siquidem, quandoquidem etc.

XI. Convenientiæ et differentiæ Alphabetum.

XII. Probationis, seu Confirmationis, Improbationis s. Infirmationis, ut absurdum est, inconveniens est etc.

XIII. Perfecti et Imperfecti: ut plane, sufficienter, insufficienter etc.

XIV. Totius et Partis: Universalitatis et Particularitatis, ut omnes, cuncti, nemo est quinon, nullo excepto, universi: quidam, aliqui, nonnulli, sunt qui, non desunt qui etc.

XV. Comparationis, Superlationis et Exæquationis notæ, ut: perinde, maximè omnium, supra quam possibilest.

XVI. Per id cui satisfit, vel minus satisfit, vel unde aliquis quiescat, seu suspensus maneat, seu acquiescat vel hæsitet, certus sit, vel anceps.

XVII. Per possibile et impossibile: ut nihil impedit: item ex Contingenti et necessario: ut esse à naturâ vel divinâ

providentiâ inditum: â communi sensu, â propriâ ~~expe-~~
~~rientia~~ imbecillitate: ex quib9 omnib9 et similib9 oratio et
ratio ditescit.

XVIII. Per finem s. causam finalem, ut propter quid, cuj9 grã.

XIX. Conditionalium variatio, ut homo scire desiderat dum, modo non sit stultus.

XX. Modus est inspiciendus et ponderand9: ut an benè, malè, perfecte an imperfectè, per se an per accidens etc.

XXI. Frequentissimæ copulandi notæ, ut: et: etiam: atq etc.

XXII. Continuationum copia: ut primò, initio, secundo deinde, præterea, subinde, adhæc, proinde, neq illud obiter prætereundum, tandem, ultimo, ad extremum.

XXIII. Notæ assumendi, utpote in quib. argumentationum principia proponimus.

XXIIII. Notæ subsumendi, ut sunt, sed, porro, atqui, cæterum.

XXV. Conclusionum s. illationum varietas est inspicienda, ut ut ergo, igitur, idcirco. etc.

XXVI. Diversæ rationes, quib9 positio totius ejusdem argumenti variari potest.

Ex hoc Catalogo depromere licet omnia, quorum dictionem possumus variando ditare. Sed et hæc loca sunt (exceptis trib. aut 4.) ad res atq rationes multiplicandas apta: ut ita duplex copiæ genus in eodem liceat inspicere Catalogo. Constituendum nunc est Alphabetum indumentorium, quod ita inscribimus quia non ad substantiam Orationis pertinet seu ad materiam, sed tantum ad extrinsecam formam. Neq est ulla oratio cui omnia et singula hæc indumenta accommodari nequeant.

Sunt autem indumenta Seqventia.

A. Esse.
B. Non esse.
C. Sentire.
D. Imaginari.
E. Intelligere.
F. Opinari.
G. Ignorare.
H. Dubitare.
I. Consentire.
K. Dissentire.
L. Affirmare.
M. Negare.
N. Verum esse.
O. Falsum esse.
P. Quærere.
Q. Respondere.
R. Apertum esse.
S. Occultum esse.
T. Firmum s. certum ēē.
V. Dubium vel incertum.
X. Exemplo vel similitudine manifestabile.
Z. Rationi consentaneum.

A. Necessarium.
B. Possibile.
Γ. Conveniens.
Δ. Absurdum.

De Usu hujus Alphabeti.

Est unica ratio, quâ orationem seu discursum, et libellum ita fermè innumeris modis variare possumus, ut nunquam eadem videatur repeti cantilena. e.g. Si Oratio constet triginta enu, tiationibq, illæ primum singulæ singulis regulantq literis: ut A. dicatq de primâ: B. regulet secundam. C. tertiam etc. Deinde B. regulet primam. C. secundam. D. tertiam. Postea C. primam. D. secundam etc. A. vero ultimam. Hoc igitur Al, phabetum literis suis inscribatur circulo, adjectis significatis enar, ratis, ut hac ratione fiat continua circulatio. Porro in hujus Alphab. usu illud animadvertendum est, ut hæc pro mo, do cujusvis propositi sumantur, affirmative vel negative, absolutè vel modaliter. etc. quatenus videlicet orationis seu rei signifi, catæ conditio patitur. Constituatur igitur Alphabetum Modorum seu rationum, quibus prædictæ singulæ ac omnes ora, tiones variantur tanquam coloribq. Prius enim Alphabetum Indumentorum variatur per hoc Alphabetum Colorum. Nam unum idemq indumentum variis modis variatur colorum sin, gulorum diversitate, non sine jucunditate. Colores a. seu modi illi sunt Affirmatio, Negatio etc. quæ sequuntq, quæ non eo, dem modo accipiuntur, quo supra. Supra enim formaliter accipiebantur, hic modaliter, ut ex Alphabeto, quod exemplis illustravi patet. Nam hæc propositio: Omnes homines scire desiderant, coloratur sic, ut in sequentibq vides.

ALPHABETUM MODORUM s. COLORUM.

A. Affirmative. Omnes homines naturâ scire desiderant.

B. Negative. Nullq homo est qui naturaliter scire non desideret

C. Interrogative. An quisquam hominum ēē potest, in quem sciendi desiderium aliquando non cadat.

D. Responsivè. Si quis à me quærat, quid est, quod homini maximè conveniat? aliud respondere non possum præter sciendi desiderium.

E. Activè. Scire concupiscit homo.

F. Passivè. A naturæ multiplici instinctu ad scientiæ adeptionem erigitur et dirigitur homo.

G. Privativè. Homo ægrè fert, si privetur scientia.

H. Contradict. Nihil scire velle non decet hominem.

I. Gerundivè. Sciendi desiderio tenetur omnis homo.

K. Mutando nomen: Artes scire homo desiderat.

L. Infinitivè. Homo desiderare videtur scientiam.

M. Æquipollentivè. Cognitione homo delectatur

N. In Præterito. Nunquam homo fuit qui scire non desideravit.

O. In præsenti. Hominum nullus est hodie, qui non scientiam desideret.

P. In futuro. Nullus ad finem seculi erit, qui scientiam non sit desideraturus.

Q. Descriptivè. Animal istud ad astra erectum, non a. ut cætera ad pastum abjectum, ad intelligendum festinat.

R. Definitivè. Animal rationale ad objectum suum cognoscendum properat.

S. Contrariè. Nullus est ita iners, ut nihil scire velit.

T. Refragrativè. Mirum est si quisquam hominum inveniatur expers hujus desiderii.

V. Abstractivè. Magnitudine desiderii sciendi tenentur omnes.

X. Concretivè. Magno desiderio scientiæ capiuntur omnes.

Z. Metaphoricè. Omnes homines animi alas ad lucem intelligentiæ explicant, oculos intorquent, et ad scientiam veluti præfixum scopum collimant.

A. Per Nominativum. Scientia ad sui cupiditatem oẽs impellit.

B. Per Genitivum. Scientiæ desiderio capiuntur omnes.

Γ. Per Dativum. Omnib. hominib. innatum ẽ sciendi desiderium.

Δ. Per Accusativ. Scientiam affectant omnes.

E. Per Vocativum. Quid est, ô homo, quo magis capiare, quam lucis intelligentiæ splendore.

Z. Per Ablativum. A fulgore lucis intelligibilis omnis intelligentia appetitus et apparatus accenditur.

Ad uberiorem vero copiam ordinari potest alia figura, quæ facit ad divitias Orationis, acceptis terminis Grammaticis et Rhetoricis hoc modo ut sequitur.

TERMINI LATITUDINIS.


	Termini Latitudinis
A	Nominativus.
B	Genitivus.
C	Dativus.
D	Accusativus.
E	Vocativus.
F	Ablativus.
G	Persona prima.
H	Persona secunda.
I	Persona tertia.
K	Singularis numerus.
L	Pluralis numerus.


TERMINI ALTITUDINIS.


	Termini Altitudinis
A	Etymologia.
B	Amplificatio.
C	Compositio.
D	Relatio.
E	Periphrasis.
F	Hyperbole.
G	Diminutio.
H	Metonymia.
I	Synecdoche.
K	Metaphora.
L	Ironia.


Exegesis Schematis.


Hic licet variare vel per singula elementa per se, vel cum aliis composita. e. g. per A. possumus dicere. Omnis homo, qui Græcè dr. ἄνθρωπος capitur sciendi desiderio, et nominatim fertur ad contemplandum coelestia.
Per B. Omne animal conditum ad imaginem Dei, et quod divinam in omnibus æmulari naturam videtur scire desiderat.
Eodem modo unam eandemque sententiam propositam deduces per terminos latitudinis ut per A. Homo scire desiderat. per B. hominis est appetere scientiam etc.
Deniq. terminos latitudinis poteris miscere cum terminis altitudinis. v. g. Hominis etymologia ducatur primo per Nominat. AA. dicendo: Homo ide ἄνθρωπος dicitur, quia capitur contemplatione cælestium. Item per A. B. Ad sublimia erecti est desiderare scientiam. Item per A. C. Habenti os sublime innatum est sciendi desiderium. Sed manum de tabula!





















27























Tabula Prosodiam continens.

Regula — In fine — Exceptio.

- **A** ⏑ — Ablativus primæ Declinationis. Imperativus primæ Conjugationis. Indeclinabilia quædam: frustra, supra, circa, contrà, erga etc.: cum compositis ex Præpositione Ea, ut antea, interea etc.: Il. ⏑. postea, item eja, ita, quia.
- **E** ⏑ — Ablativus quintæ Declinationis et Imperativus 2. Conjugationis. Adverbia derivata ex adjectivis in US: it: ferè, fermè, hodie, quare, pridiè, postridiè, ose: sed bene et male ⏑. Pronomina Me, Te, Se: et Præpositio E, De.
- **I, U** — ⏑ Mihi, tibi, sibi, cui, ubi, nisi, quasi, sicuti.
- **O** ⏑ — Monosyllaba do, flo, sto, O, Pro. Dativi et Ablativi in O eorumque derivata Certo falso et adverbia.
- **B D T L M N R** ⏑ — Sal, Sol, Nil. — Ren Splen Lien En Quin Siner. — Par cum compositis, compar, impar, Lar, Cur, Fur, Ver. Græca in ER quæ crescunt in Genitivo Aer Æther.
- **C** — ⏑ Nec Donec. ⏑ [illegible] men et Fac Verbum.
- **AS** — ⏑ Quæ in Geni[illegible] bent Adis, ut vas vadis, Lampas Lampadis etc.
- **ES** — ⏑ Nomina quorum Genit. (3 decl.) crescunt penultima correpta, miles, hospes. Et abies paries. Es à sum cum compositis ades, abes, penes Præpositio.
- **OS** — ⏑ Os ossis, Mos compos, impos Græcè per O parvum Chaos, Eos, Melos, Synodos etc.
- **IS** ⏑ — Dat. et Abl: Plurales 1. et 2. Declinationis in IS. Nomina tertiæ Declinationis, quorum Gen: crescit in Iris, Inis, Itis, Entis, ut Glis, Salamis, Lis, Samnis, Simois. Secunda Singularis Præsentis Indicativi 4. Conjug. audis, dormis, venis etc. Item sis, velis, malis etc. item vis Nomen et vis Verbum, cum compositis mavis, quamvis, quidvis, ubivis.
- ⏑ — Sanguis, Ignis. Secundæ personæ Singul: futuri Subjunctivi, Dixeris Legeris etc.

In fine

Regula. — Except.

v — US —
- Monosyllaba Mus, Grus, Sus etc.
- Foeminina quorum Genitivus crescit per U longum, ut Tellus. Salus Virtus etc.
- Genitiv: Sing: et Nom: Acc: et Vocat: Plural 4. Declinat.
- Græca in ους Jesus etc:
- v — A πους composita, adipus etc:

Cognoscitur porro quantitas Syllabæ
- Penultima accentu.
- Antepenultima diminutione
- Primæ Compositione aut authoritate.

Meraq; derivata sequuntur quantitatem suorum primitivorum.

Præterita et Supina dissyllaba priorem producunt.

Præpositionum compositione tanta est, quanta extra composit:
- A. E. DE. PRO. DI. SE —
- AB, AD, IN, OB, PER, SUB, SUPER, RE v.


Vocalis ante vocalem v


Omnis Diphtongus
Omnis Positio
Omnis Contractio
—


PEDES VERSUUM.


vv. Pyrrichius
——. Spondæus
v—. Jambus.
—v. Trochæus
vvv. Tribrachys
———. Molossus
vv—. Anapæstus
—vv. Dactylus
v——. Bacchius
——v. Palimbacchius.
v—v. Amphibracchys.
—v—. Amphimacer.
vvvv. Proceleusmaticus
————. Dispondæus.


v——v. Antispastus
—vv—. Choriambus.
v—v—. Dijambus.
—v—v. Ditrochæus.
vv——. Jonicus à minore.
——vv. Jonicus à majore.
v———. Epitritus primus.
—v——. Epitritus secundus.
——v—. Epitritus tertius.
———v. Epitritus quartus.
—vvv. Pæon primus.
v—vv. Pæon secundus.
vv—v. Pæon tertius.
vvv—. Pæon quartus.
















































































































































































TITULI EPISTOLIS
contexendis apti.

FORMULÆ compellandi[1]: Scriptiones[2] requirendi: Expostulandi[3]. Promittendi[4]: Raritatem scribendi reprehendendi[5]: Rarit. scribendi excusandi[6]: Occasionem scribendi[7] sumendi: Respondendi[8]: Responsionis tarditatem[9]: Brevitatem[10]: Prolixitatem[11] excusandi: Abrumpendi[12]: Salutandi[13]: Valedicendi[14].







SINGULARIA QUÆDAM & DIFFICILIORA VOCABULA & PHRASES.

Epitogium d. Doctors Lapisten. Vives.
Panis autopyrus: ex tota farina confectus sine excretione furfurum. Viv. in coll.
Peripetasmata sunt stragula versicoloria, quæ ad ornandum locum extenduntur. Viv.
Eruca, weiss kraut.
Horologium machinale. ein Schlaguhr.
Vestis recens ab officina. i. e. Nova. Viv.
Obolostates: id est: minutq fœnerator.
Obsipare idem est quod objicere: sic dico ob, sipa pullis escam. Decim. in Sylva sua.
Penna respargit chartam atramento extra lineas. Vives.
Anaclynterium: Ledge in quo interdi cubat.
Buccellatum. Zwiebach. Vives.
Omphacium est succq. ex immaturis uvis
Sandaraca. [illegible] Lignu Sandaracinum. Viv. Scalæ cochlides. Viv.
Vinum sublimatum. Brantwein. Viv.
Cœliacq. einer dem d stulgang [illegible]
Pittecia. ein alt weib so ein gesicht hat wie ein aff.
Pyrobalia. Die feuerkunst. Ldales
Epimenium ein monatlicher Sold d Sol,
Exstingare forcinula candelam. Putzen. Viv.
Focale. ein halstuch. Viv. Quint. Sen.
Foculq mensarig ein [illegible]. Viv.
Emporetica, dicti papier daran man die waaren wiedelt. Viv.
Anatecismq Zinss von Zinsen.
Cardui sativi Artischocken. Drex. Aur. 231.
Lupus ein Bonnsack.
Cissybium est poculum ex hedera. Drex.
Sepia est ater quidam liquor piscis, sumitur pro atramento.

Storea pensilis. ein [illegible]. Frisch. in Onom.
Capsarius. ein studenten jung. ibid.
Placentæ tortiles. Spritzkuchen ibid.
Helvolum vinum [illegible]. Columella Vinum Apianum. Muscateller wein. Vinum Ilicitanum. [illegible].
Anaglypta. ausgestochene arbait
Fescennium. ein hairen lied.
Exomis. ein [illegible]. Frisch. in Onom.
Accendere hypocaustum, calefacere. Eras. p. 165.
Nihil adhuc audio morbi (pro: erroris). Er. p. 190.
Iliaca componere tempora. idest: Scribere libros de bello Trojano. Pater. l. 1. cap. 3. & 5.
Principium ab origine repetere: Justin. l. 2. c. 3.
Vereor ne sapientum centuriæ mihi scribant læ, resecos dicam, si quid refrager. Eras. p. 262.
Pectoris ægritudinem in te evomam. Eras. p. 400.
Homo jejunè malevolus. Cruc. in Psal. Epist. lib. 1.
Famæ vespillones. ibid.
Est quod mihi gratuler, tuum qualemcunq ingenii nostri fœtum, ad bonorum salivam & gustum. Cruc. p. 63.
Suspendio se consumere. Val. Max. lib. 5. c. 8.
Ad jus sic properant, ut vix Ladas aliquis, aut cum Pegaso suo Perseus. Cruc. p. 50.
Capitis nives. Cruc. p. 90.
Istud luculentius ingeram, & liberaliori cinere vas istud infricabo. Drex. Aur. p. 9.
Carbunculq. ein Rubin.
Carbunculq carchedonius. ein granat
Chelonites. ein Krotenstain.
Chelidonia. ein [illegible]
Pyropsq. ein Rubin. Cyanq. ein Saphir.
Cyanus mas. Ein blauer Saphir
Cyanq fœmina. ein weisser Saphir.

Cerasum Apronianum. Quanellen.
Pyrum Hordearium. Mußcatellenbirn.
Heteromalla linea. Zwig.
In dominum ignoratione versatur qui ignotus est, nove dicit Cic. lib. 2. Offic.
Hecta. Die blase auf dem gebackenen brodt.
Ichthyotrophium. Ein Helter darinnen man fische hat.
Nessotrophium. Ein Entenstall.
Onirocritica dicitur ars interpretans somnia.
Chirosophus is dicitur, qui manuum dexteritate multa et miranda praestat opera. Einer der ein [illegible] der taschspieler. Corn. Agrippa in libello de Vanit. Scient.
Morsae, arum, quas Batavi Walrussos, Angli Zeehors appellant, sunt species Cuniculorum, aut Canum Marinorum, magnitudine boves superantes, dentes longissimos habentes, qui Majoris pretii sunt quam Elephantum. Capiuntur haec animalia prope Novam Zemlam.
Desioculus i. e. Luscus.
Funerepa. idem qui funambulus. Apulej.
Lycurgi lege lapidea tunica parata erat illi, qui hosti terga obvertens, in castra rediisset.

Incept.
Gedani aō 1646

69

FORMULÆ ORATORIÆ

A

Reverendiss[mo], Clarisso nec non Doctiss.
Dn̄o Johanni Mochingero
Gymnasii Gedanensis Rhetore celeberrimo
Et
Divæ Catharinæ Pastore vigilantissimo,
ex optimorum authorum penu descriptæ,
et cum observationib[us], artiumq[ue]
declarationib[us] ejusdem illu-
stratæ, et publicè Gedani di-
ctatæ, Ame vero studio,
sé exceptæ.
Anno à nato
CHRISTO
1646.

Sum ex libris
Henrici Gabeleri
Neogardens. Pom.

AD ARTIFICIUM RHETORICUM INTRODUCTIONIS
PARS ALTERA
DE FORMULIS ORATORIIS.

Siculi igitur formulas omnis generis Epistolicas proposuimus hactenus, exposuimusq; ita pertexendi porrò instituti nostri causâ afferre et proferre aggrediemur formulas Oratorias, easq; similiter tum portionales, tum summales, hoc est, cum membrorum et partium Oratoriarum inductioni oppidò inservituras, tum Orationum Scholasticarum figuras integras omnibus sub oculorum aspectum collocaturas. Scholasticarum inquimus disertè. Namq; et in supra præscriptis formulis Epistolicis, et argumenta verè Scholastica, stylumq; Scholis proprium unicè nos esse sectatos, ut taceamus, ipsa res tantum loquitur. Idq; datâ planè operâ à nobis factum esse, non negamus. Quia istac potissimum ratione adjutum iri disciplinæ nostræ, Eloquentiæq; alumnos, nostra tulit existimatio: sic talia eorum ante oculos sistere exempla, quæ non capere possent minus illicò, quàm imitari facillimo negotio. De cætero, aulicarum Civiliumq; Epistolarum dictionem esse succinctiorem, et figuram breviorem, non ignoratum, sed earum contemplatione, conformationeq;

nostros modò torqueri, nondum nobis visum est consultum. Quemadmodum
ideo neque placuit aut veterum Laconicorum, aut recentium
Lipsianorum, merisque argutiis et acuminibus refertas literarum
texturas, sic adhibere. Siquidem intutum idem duximus et ineptum
vocare ad ejusmodi opera oculos manusque impares. Proinde verò
jam non tam alius modi, quæ graviores sunt, et peculiari dicendi
gaudent charactere, quàm Scholasticis vel declamationibus, vel Allocu,
tionibus commodæ adducentur formulæ, nihil dubitantibus nobis,
quin istis primò cognitis facilè intelligi poterit omnis notæ comma,
tisque aliæ ~~ratio~~, alio tempore. Non a . modo, quæ ante, in com,
mentando servabitur ratio, verum paulò diversa, quæ jam jam
declarabitur. Exempla primo præcedent loco, ac non nisi tum ex
eorum quolibet, illicò ita dabitur observatio; cum antea præcepti,
oni sit subjunctus usus et sermonis compositio. Cujus, sis, et cau,
sam rei accipe, ista est: Sic videlicet exempla plura adscribere li,
cebit, et artes multò plures formularum propagare; imo, ut verbo
absolvam, longo non faciliori tantum, sed feliciori etiam cursu
provehetur ad metæ adoptatum terminum: exempla verò maximã
partem ex optimorum Autorum depromentur penu. Observationes
et artium declarationes nostræ euntes nostro exemplo exercitato,
res nostros impellemus, ut in expressis vestigiis existant, quibus ca[illegible]
formularum aliquot geminarum, quas inde, unde colligere, vel ipsi,
met quoque componere,

& super iis annotationium suarum specimina, quæ jam nobis merito suo dijudicanda, aut probabuntur, aut improbabuntur, petemus, flagitabimus. Da, quæsumus, Deus optime, alacritatem mentis eo necessariam; Da, Dator maxime. Fiat.

Sectio I,

Ingrediendi Orationem Formulæ.

à Clarissimo Bernbeggero
in Oratione de ἀνηθοποιΐᾳ habitâ,
adhibitæ: quæ
in Bernbeggerianis Orationibus p. 116. legitur.

Circumspectanti mihi, Auditores, idoneum aliquod, huicque loco maximè conveniens Orationis argumentum, idem propemodum accidisse videbatur initio, quod illi è Phrygiâ Fabulatori, qui se nihil scire profitebatur, eò quod conservi ejus omnium rerum scientiam jactitantes nihil sibi reliqui fecissent. Cum n. tot ac tàm luculentæ de omni scientiarum artiumque genere, â perquam multis præclarissimis artificibus sint conscriptæ editæque Orationes; cernebam universum istum Oratoriæ materiæ lucum ita succisum et excisum, ut vix, imò nequidem arbusculum ad extruendam Oratiunculæ qualiscunque casam mihi relictum deprehendere licuerit.

Cum igitur hæc inopia me suspensum aliquandiu sollicitumque tenuisset, in mentem opportunè venerunt, quæ de Tito Quinto Flamineo, â Livio, et Plutarcho, memorantur. Is cum apud hospitem suum Chalcidensem hominem et bonum, et scitum Convivatorem,

solstitiali tempore, comiter acceptus esset, miratur et ferculorum varietatem et lautitiam, ex ipso quærit, eccunde illi eo tempore anni tam multa, tamque diversa ferina suppeteret. Hospes ridens ait: è mansuetâ sue ferculâ hæc omnia facta; cæterum et varietatem illam, et carnis ferinæ speciem è condimentis et paraturâ diversâ natam. Quid si et ego, cogitabam, si aliquod istorum argumentorum ab aliis pridem occupatorum, deligerem, et verso stylo, mutatisque verbis, tanquam conditurâ diversâ, commendarem ad aliquam novitatem. Omnia tamen revocato ad rationem judicio, expendenti diligentius et illud in primis consideranti, meos Auditores, utpote scitissimi palati, minimeque naris obesæ convivas, utut condimentis dolum conarer abscondere, statim tamen sensuros, crambem sibi bis coctam apponi. Visum denique fuit ad materiam stylum convertere vix tritam, et præsenti tempori, ut puto, convenientissimam, quippe pertinentem ad ea, quæ quotidie nostris oculis auribusque offenduntur. Ecce ea.

ANOTATIONES.

Exordium hoc exhibet Oratoris ad propositionem pedetentim gradum struentis aperta vestigia, qui addubitantis, de quo argumento dici possit, personam præ se ferre voluit, ut eopse habitu ornatus, auditoribus se commendaret: Favorem enim conciliat, si debitâ cum curâ ad dicendum surrexisse videatur Orator. Quemadmodum vel cum primis pertinet ad dicturum aliquem in coronâ hominum eruditorum, ut ante omnia multum sit solicitus

de themate

de themate idoneo et accommodato. Vid. Oratoris informatio ~~in~~ nostra, dissertatione 6. et 10. Item gratiosum se reddere eopse conatus est Orator, quod auditorum aliquam laudem (quo acroamate nihil est jucundius) celebravit, cum ait: Consideranti, meos auditores, utpote scitissimi palati etc. Verbo, moratis aliquibus artificiosè usurpatis constat hoc procemium, et ideò delenificum. Quibus de moratis, ut Orationes totas, ita maximè initia earundem egregie pingentibus, legantur pauca in Oratoris informatore nostro dissertatione 21. Nec non speciosum est hoc Exordium (sicut propylæa Orationum debent esse splendidiora) depromptis ex Eruditionis cellâ penuariâ, relationibus duabus, alterâ de fabulatore Æsopo, alterâ de Q. Flamineo, aptissimè proposito aptatis. Ecce Carceres demum egregiè aperit, ad inducendum thema etc.

SECTIO II.

Cl. Barlæi Exordium.

in Oratione

De conjungendis Sapientiæ et Mercaturæ studiis

Amstelodami habita

in illustris Gymnasii inaugurationem.

Reperienda in libro Orat. Barlæanar. p. 1. et segg.

Amplissime Dne Prætor, Magnifici Spectatissimique consules et Scabini, Senatores gravissimi, Syndici Prudentissimi, Curatores dignissimi, Pastores Ecclesiæ vigilantissimi, Doctores, Ma=

gistri et Scholarum Rectores doctissimi, Juvenes Studiosissimi, et quotquot ad hanc Panegyrin confluxistis.

Quoties Urbem hanc vestram, jam quoque meam, intueor, A. O. et oculos, per ejusdem decora omnia et ornamenta, circumfero; pendeo animi quid primum in eâ, quid secundum, quid postremum mirari debeam? Hic me sacra Deo Templa, tot afflictæ paupertatis augusta receptacula, turres et minantes in cælum phari; illic injecta fluminibus repagula, et cataractæ; alibi mercantium augustæ porticus, tot ubique pontium fornices et laquearea spectantem terrent. Est, ubi mercium peregrè advectarum stupendam vim, ubi navium multitudinem hac robur, ubi portus capacissimos, ubi circumfusas Urbi classium stationes attonitus aspectem. Amplitudinem ejus si oculis metiri velim, avocat me ædificiorum splendor: cum in splendore hæreo, interturbat Civium frequentia. Cum hanc attentius considero, in tantâ multitudine Rectorum prudentiam, Legum reverentiam, Subditorum obsequia, modestiam, et quod caput rei est, ordinem, suspicio. Nec illud leve puto, in illam Civitatem me translatum cerni, quæ stagnis paludibusque innatat: ubi tantorum operum molem portant ligna, librant sylvæ, et florentissimum totius Europæ Emporium suffulciunt putrescentes pini, ut prorsus in ejus magnitudine constituendâ virtus et fortuna, Tellus Oceanusque contendisse videantur. Quæ quidem omnia, quamquam eximia, sumptuosa, admiranda sint, famamque opulentissimæ

Urbis domi forisq differant: minora tn putanda sunt isto Ampliss. Senatûs Consulumq instituto, quo nova et insolitâ huic loco rati, one, â sapientiæ et literarum studiis, earumq publicâ professi, one, novum Reipublicæ suæ decûs affectare incipiunt: Utiq placuit viris gravissimis ac prudentissimis, ut, quæ Mercurii sacta, nus fuit sedes, ac Pluti domicilium, jam Palladis quoq et Phœbi sacrum au, diat; opum splendorem doctrinæ radiis illustret, divitiasq tum demum rectè æstimare discat, cum eorum usum è Philosophorum monumen, tis hauserit. Et profectò conveniens erat, Urbem illam, quæ opum famâ universum Orbem implet, de immortalitatis præsidiis cogitare. Conveniens erat Cives mercimoniis intentos, filios in spem majorem educare, ut, quas fluxas possident, opes, optimarum artium scien, tiâ et nominis perennitate solentur, quarum illa viris eripi nequit, hæc ne mortuis quidem pt. Nec illustrius quicquam et gloriosius, quam eos ipsos Populos, quos emendi vendendiq amor ex omni ter, rarum parte huc excire solet, ad literarum quoq mercatum pro, ficisci, nec tabernas solum, et mercium promptuaria, verùm Musarum etiam penetralia frequentare, et aures à forensi stre, pitu fessas, suavissimo earum alloquio recreare. Atq hujus qui, dem laudatissimæ rei, cum initium faciat hic præsens dies, ex prisco Scholarum more, quædam præfabor, et Minervam illam Sapientiæ Deam inter arma et Martis strepitus, inter Libertatis nostræ discrimina, et reciprocos ~~...~~ bellorum æstus, huic Reip. æternum

consecrabo. Quamobrem istiusmodi argumentum mihi delegi, quod loci hujus, et Civium genio, et opulentissimi emporii studiis aptum esse putari. Piscatores illos imitatus, qui hamo appendere solent illi, cem ac lenocinantem ~~eiusm~~ escam. Equidem semper ita statui, operosè illos ineptire, qui in foro Lapitharum pugnas recitant,# in mensis super Hecubæ et Andromaches fatis singultiunt, in Scholis ejusmodi exercitationibus fatigant adolescentules, de quibus ad Senatum referre expediat. Ideoque praeter rem me facturum putari, si apud Mercatores, apud lucri avidam gentem, inter pecuniæ tinnitus, in Vrbe quæstui deditâ, de aliis rebus, quàm de mercaturâ, lucro, opibusque disseruero: Non, ut eos mercari doceam, sed sapienter, non ut lucrandi artes præscribam, quas ingenuè fateor me ignorare, sed ut optimas vobiscum probem; non ut opum studia damnem, sed rectæ rationis sufflamine cöerceam. Illud ostendam, optimum esse mercaturæ cum sapientiæ ac literarum studiis commercium.

castris Dialecti, torquent Enthymemæ, in sacris rerum impiorumque monstra exaggerant,

OBSERVATIONES.

1° Erit utique utile auditorum titulos honorificos, quibus in orationis audiendæ initio ornari amant, quo ad audientiam tantò faciliores reddantur Rhetoricis typis locupletandi causa diligenter connotare, quorum et nos infra Sylvam aliquam dabimus, quam jam habemus consitam.

2° Conciliatriculum est, in Orationis præfatione concelebrare locum, ubi honore audientium afficitur Orator: Quemadmodum Sophistis quibusdam veteribus hoc unicum dicendi argumentum placuit, ut Vrbes, quas adivere, in cælum usque eveherent, quæ eosdem, gratiarum scil: loco, nimis quàm honorificè vicissim quoque evexere, et tanquam suis Conditoribus statuas posuere.

Distributione, id est, distributâ enarratione rerum maximè præclararum, quibus dotatum Amstelodamum caput effert, quod usus fuerit Orator, ~~[illegible]~~ est omninò artificiosum. Sic luxus se ostentat multitudine, densis ferculis, populorum turbâ, vestium varietate, copioso famulitio. In primis verò Civitas extolli potest â præclaris institutis. Cujus artis memor Amstelodamensem inde quoq; deprædicavit Orator etc:

SECTIO III.

POLYISTORIS VOSSII PROOEMIUM
In Oratione de historiæ utilitate
Amstelodami habitâ.

Nec persuadere mihi aliud possum, nec debeo, nisi ab amore mei profectum esse, quod præter egregiam juventutem tot viri primarii, tot graves atq; eruditi homines, Civiumq; præstantissimi, frequenter adeò ad me audiendum convenistis. Quæ quidem, ut doctissimorum hominum, sic præstantium corona quenquam offendere posset, cui verba essent facienda, mihi verò nihil æquè animum addit ad dicendum, quàm hæc benevolentia atq; favor vester, qui nisi summus foret, nunquam sic confluendum esse putassetis. Quem eximium affectum quo magis agnosco, tantò impensius laborandum esse intelligo, ut ea potissimum afferam, quæ nec aliena erunt â munere meo, nec auribq ingrata sint vestris. Id igitur agitanti nullum succurrebat accommodatius argumentum, quam etc: de quo disserendo utrumq; juxta mihi consequi videbar.

ANNOTATIONES

Personæ decorum hic refulget: maximè enim meminisse oportet, sic prooemiatum Oratorem esse authoritate meritisq; gravem, cujus jam adductis verbis, si de Scholâ adolescens quis uti vellet, ut non satis submisse, ita nimis magnificè de se locutus, vel in

odium, vel in risum incurreret. Quod igitur Orator sui amori publicè hic disertè adscribit, dum se coronâ egregiâ cinctum esse praedicat, id non nisi singulari benevolentiae auditorum, "se praesentium honore" "vix dum meritum ornantium, attribuere oportet modestè Tyronem. Sic illum quoq; minimè dedecuit palam edicere, quod sibi ex conspectu praeclarissimae concionis animus creverit; sed tunc planè decet prae se ferre vultuq; sermoneq; timorem et metum à venerabilis coetus splendore incussum. Et animi quidem praesentis professio illa permultum in prooemio exscripta habet gratiae, tantoq; est admirabilior, quanto minus est expectata, et communi, de fracto dicentis animo, cantilenae dissimilis. Adjuncta et superioribus quasi implexa thematis propositio generalis, valde etiam est laudabilis et applausu digna, quae istis est comprehensa verbis: Quem eximium affectum quo magis agnosco, tantò etc. Solicitudinem de argumento ad dicendum sumpto profiteri in exordio, ut est Oratoribus proprium: ita hic de suâ quoq; ejus generis curâ meritò verba facit Orator. Commendabilia autem ea esse ad excolendum delecta argumenta, quae dicentis personae sunt congrua, et cum sperabili audientium voluptate conjuncta, facilè ostenditur. Quale hoc loco se esse arreptum indicavit Orator. Reliqua, ne faciamus longum, tacebimus.

SECTIO IV.

PAGANINI GAUDENTII EXORDIUM
in Oratione
quae in Henrici Antonii Burgi funere est habita
Pisae, et
Bononiae ao 1633. typis exscripta.

Funebri Oratione memoriam Henrici Antonij Burgi commemora-
turus, laudibusq; ornaturus Theologum cum paucis egregium
censendum; vereor equidem, ne magnæ audaciæ et temeri-
tatis, apud vos, qui ad me audiendum convenistis, notam subeam.
Quod n. facinus vocari meretur audax et præceps, si meum
ita appellari non meretur? qui, paucas ab hinc horas cum fue-
rim certior factus mortis tam luctuosæ, nunc sedem hanc con-
scenderim, de tanto viro dicturus apud viros doctissimos, et omni erudi-
tionis genere conspicuos. Qui ut summa humanitate sitis præ-
diti, et ad indulgendum errantibus parati; imprudentis tamen
hominis fuerit, suæq; existimationis parvam habentis curam,
vobis adeò præcipitati consilii materiam præbere excusandi.
Maluerunt enim semper viri graves culpâ vacare, quam com-
missorum veniam consequi. Sed ex adverso, ne veniâ vide-
ar indigere, ostenderim magnam vim esse consuetudinis, quæ ra-
tionem obluctantem, non rarò, quo vult, trahit. Ingens et
inest precibus et monitis virorum magnorum vis atq; pon-
dus. Ut vos nequaquam deceat mirari, si tantam temporis
angustiam non reformidans, in funere præstantis Professoris, pro-
vinciam dicendi non detrectarim. Intellexi namq; moribus hujus
celeberrimæ Academiæ esse receptum, ut ereptos morte rerum
divinarum interpretes, humaniores literas et Eloquentiam
qui tunc profitetur, solemni concione laudet et extollat. Et
ut id facerem, quà hortando, quà rogando, evicerunt patres,

quibus petentibus nihil denegare jam pridem, pro meâ erga præclaros homines observantiâ, in animum induxeram. Quodsi ergo in laudationis progressu deficere videbor; vestrum, benevoli Auditores, fuerit, aut censere, non peccare eum, quem in necessitatem peccandi confecit et consuetudinis et petentium imperium, aut protinus ignoscere ei, qui à viâ accuratè Orandi horarum spatiis fuit exclusus iniquis. Ut verò rem ipsam aggrediar etc:

ANNOTATIONES.

Hoc in Exordio planè illicò atque sub initium, propositionem Orationis fuisse intimatam, est omninò laudabile. Nam ut pedetentim ad thema gradum struere conveniat, eoque præfari habeat Orator, qui viam sibi aditumque ad inducendum thema sternat: Non est non tamen præclarum, sine ambagibus ad rem quandoque involare, vel eò rectà tendentem gressum minari. Namque dicere est et in proclivi, quamobrem tale à reipsâ Exordiendi genus non nequeat placere Auditoribus. Primò enim valdè alacrem dicentis animum arguit, qui ita sermonem ingressus, adeò non videri sit tergiversator, ut, ad dictionem egregiè accinctum esse, appareat. Cui quis non ideò faveat? Deinde cum omne Exordium audiendi avido longum sit, Auditor cupidus valdè acquiescit, quo de sibi sit audiendum, confestim audito. Quin, (quod taceri neutiquam debet) sic in fronte collocatum Propositum, optimè commendatur audientibus,

dum eopse quasi indicatur, quod æquissimum sit, aures arrige-
re, quia tale aliquid proferetur, quod adeò sit commendabile
ut propositionis altè repetitæ non indigeat, qua audientium
attentio acuatur. Videre est itaq in gravissimus Oratoribus,
cum de singularis momenti argumenta verba facere moliuntur,
quod hoc incedant tramite. Deinde, quia mirè moratum est hoc
prooemium, multis modis coruscat. Excusat se quippe Orator
valdè Civiliter, quod ausus fuerit, parvi temporis habito spacio,
quo se ad dicendum præpararet, perorandi aggredi provinciam.
Non verò moratè solùm sui purgandi cāā id inferre voluit, sed
Auditores etiam laudandi ergo, quos et à venerabili Eruditione,
et ab humanitate multò laudatissimâ blandè extollit.
Ingeniosè quoq ludit Orator, cum se non tantum excusatione
supersedere posse ostendit, sed et applausum sibi quasi deberi, eò
scilicet, quia et mori, et imperio virorum dignissimorum, morem
gesturus, ad dictionem habendam animum applicuerit. Fa-
teor tamen tritam esse hanc artem antelogquia ornandi: utut
bona sit, et tam favore audientium, quam dicentium usu digna.
Gnoma inserta sapientiæ authoritatem Oratori, et Exordio splen-
dorem utiq conciliat, quæ est: Maluerunt enim etc: Et certè talib9
gemmis ex Eruditionis venis depromptis amant locupletari et di-
stingui Exordia Orationum à literato et cordato capite in litera-
tarum cordatarumq aurium coronâ habendarum.

Der obengesetzte Barleische Latteinische Eingang,

zum Versuch, ins Deutsche gebracht.

Gestrenger Herr Schultz, Ehrenveste, Namhaffte und Wolweise Herrn des Rahts und Gerichts, Hochgelehrte HH. Syndici, Wolverordnete Amptes Verweser, Wolehrwürdige und Hochgelehrte HH. Pastores, Doctores und der Schulen Rectores, Vornehme Kauffherrn und Bürger, Adeliche und den freyen Künsten Wolobligande Herrn Studiosi, wie auch Ihr bey dieser ansehnlichen Versamlung alhier in großer anzahl anwesende übrige allesamt.

So oft diese meine, wie auch itzund die meinige, liebe Stadt Ich anschawe, und auf alle dero Zier- und Herrlichkeiten meine augen richte; entstehet in meinem gemüthe ein großer Zweiffel, worüber Ich mich zum ersten, andern, oder letzten hie sehr zu verwundern habe! An diesem orte Zelen halten mich auf die heilige Gotteshäuser, der nothleidenden armuth herrliche Hospitäl, die Türme und dero gegen Himmel reichende spitzen; am andern die Waßerschleusen und Schutzgätter, dort der Kaufleute fürnehme

Stapel Plätze.

Straßen plätze, und so viel mit schwibbogen wolgebauete und ge-
wölbte hin und wieder befindliche Brücken. Es begiebet sich
auch, daß ich den von anderwärts hergebrachten wahre er-
staunlichen häuffen, der Kauffschiffe menge und stärcke,
das derselben bequemlichkeit, und der umb die Stadt herümb
liegenden Schiffsflotte überauß fügliches gestade gantz er-
starrende ansehe. Besiehtes, daß ich der Stadt weite mit
den augen ermessen will, so werden dieselbe von der
gebäüden glantze gleichsam verblendet. Und wan ich mich hier-
an vergaffe, so kommt mir der Bürger mächtige anzahl
ins gesichte. Bey dero wolbedachtsamer betrachtung aber,
werde ich bestürzet über der bey einer solchen menge Volckes
sich so weißlich verhaltenden Regentes grossen fürsichtikeit, über
der Stadtgesätze steiffen haltung, über der unterthänigen
Bürgerschaft gehorsam, fleißsamkeit, und (so das fürnemste ist)
der unter ihnen wolanmerklichen gütten ordnung, wie den
auch dieses nicht gering von mir gehalten wird, daß ich in
eine solche Stadt gerathen bin, welche auf Seen und Pfützen
schwimmet, deren schwere grosse gebäüde auf pfählen stehen, und
von wäldern getragen werden, also, daß der gantzen Europæ
hochblühende Kauffstadt leichtverweßliche tannenbäume
stützen. Daß gewiß die natur und menschliche arbeit, die tugent
und das glück, die erde und das wasser bey dieser Stadt das

ihrige gethan haben, derselben ein so grosses ansehen zumachen.
Welches alles, wiewol es sonder- Kost- und Wunderbahr ist, und dieser überaüss reichen Stadt grossen ruhm, innen und aüsserhalb Lan- des sehr aüssbreitet, scheint doch weniger zuachten als das hochlöbliche fürnehmen der Hochweisen Obrigkeit, so unverhoffet besonders massen Ihre gedancken daraüf haltend, wie dieser ihrer Stadt gemeine durch der Weissheit, und guten Künste offent- liche befordern und handhabe ein mehreres lob erlangete.
Denn also hat die ansehnliche herre und hochbegabte gemüther gütt gedaucht, dass diese Stadt, so bisshero des handels und reichthums wegen vor andern einen vorzug gehabt, ebenfals an Weiss- heit und den freyen künsten ihres gleichen Städten nicht nachgeben dürffte: Ja so woll an des glückes, alss auch des gemüthes güttern recht vermögen seÿ. Wess massen es sich den traüen sehr wolgeschicket, dass die Stadt, welche habenden geldes wegen alle welt mit ihrem ruhm erfüllet, an das ienige gedachte, wodurch ihr das rechte unsterbliche lob würde. Es ziemet sich auch, dass dero aüf den han- del abgerichtete Bürger ihre Kinder zu einer grössern hoffnung erziehen, damit dieselbe bey sich wolbegebender fall den verlüst ihrer flüchtigen gütter, mit der beÿwohnen- den Wissenschaft güttar Künste, und daher erlebenden ewigen nahmens gedächtnüss sich zutrösten habe: Wovon iene zu- war mit dem Leben eine endtschafft hat, dieses aber auch

Denen

denen abgestorbenen immerdar bleibet.

Es hat auch nichts herrlich, noch glorwürdigeres erdacht werden können, als dieses ist, daß denen, aus allen ecken der Welt, des kauffens und verkauffens halben, sich herzu machenden Völckern anlaß gegeben werde, umb auch die Weißheit zuerwerben, hieher zu ziehen: indem sie solche laden und die häuser vorhanden sein, da nicht allein allerlay Kauffwahren, sondern auch der Kunst und geschicklikeit geheimnüße außgeleget werden; daß ihre von der gemeinen Weltgeschefte verdrüßlichen getümmel übelgeplagete ohren, mit der Künste lieblichen gethön erquicket werden können.

Weil nu solches herrlichen Werckes heut an diesem tage hiemit ein gewünschter anfang gemacht werden sol; als wil Ich deßhalben, der alten schulgewohnheit nach, einen nützlichen Vortrag thun, damit dadurch das edle studiren und lernen, unter unseres landes beharlicher Waffen handlung, und denen unserer freyheit halben, bishero geführten Kriegen zum guten glück dieses ortes, auf eine ewigwehrende zeit eingeführet werde.

Welcher Ursach halber ich mir dieses abzuhandlen erwehlet, so mich gut gedaucht, daß es dieser Wolhabenden Stadt, und dero Einwohner natur und sitten gemeeß were: In dessen

zwar

zwar den fischern nachfolgende, welche einen solchen streich auf die
angel stecken so denen zufangen bedachten fischen angenehm ist.
Denn ich habe mich auch in allewege dafür gehalten, es würde
von denen nicht eine kleine thorheit begangen, welche vor ge-
richt von altengeschichten ein langes geschwätz herfür bringen;
unter den soldaten von allerlei schulfüchsischen sachen sich
hören lassen; auf der Kanzel politische weltliche händel richten
und schlichten wollen; bey Leich mit trauriger Melancolischer dinge
weitläuftigen erzehlung denen anwesenden zur Unmuth
anlass geben, und in den schulen vor den kleinen schützen
aus den Reichsabschieden viel dicentes machen, so eigentlich
auf die Rathhäuser und Reichstage gehören.
Derowegen ich auch itzo vor eingenommen geachtet, wenn bey sol-
chen zuhörern, welche des geld gewinstes nicht wenig begierig
sein, und in einer solchen Stadt, da man mit dem gelde
hin und wieder klingelt und klappert, ich von irgend einem
andern fürhaben, als von der Kaufmanschaft, und dahero
erfolgenden vortheil und reichthumb meine rede anstellete.
Nicht zwar dass ich iemand den handel führen, sondern
nur dieses lehren will, wie solches vernünftiglich geschehen
könne: Nicht dass ich iemand geld zuerwerben mittel, die
meiner wilfertigen eigenen zuständikeit nach nicht un-
bekant sein, zeigen und anzuzeigen fürhabens bin; son-
dern dass ich allen anlass gebe, dieses mit nicht wol zu
erwegen, welche für die erste und echte ursache desselben

passiren

passiren können: Nicht will ich auch den fleiß die zeitliche güter zu erlangen verfluchen; sondern deßwegen eine einfältige anweisung thun, wie denselben von der gesunden Vernunft ziel und maaß gestecket werden müste. Es wird demnach von mir dargethan werden, daß kaufmannschaft treiben, und der weisheit obliegen, garwol bey einem der sein können.

Annotationes Nostræ.

Est sanè inter Oratoria exercitamenta non postremi generis, versio, seu translatio speciminis boni, ex unâ in linguam aliam. Id quod Progymnasmatis, ut ipse Cicero frequentavit; ita ab omnibꝫ Rhetoricis Magistris, præsertim a. à Sturmio, in libro de exercitationibꝫ Rhetoricis, diligentissimè est commendatum. Facilior equidem ea est opera, quàm proprio Marte aliquid elaborare: at, sub primi maximè tyrocinii tempus, multò est utilior. Sic enim et linguæ illius, ex quâ fit conversio, et alterius, in quam fit, simul et eodem negotio, penitius pernoscitur indoles. Taceo: cum in vertendi laborem aliquis incumbit, quasi aliud agendo, memoriâ atq; animo complectitur, cum, qd habet ante oculos, exemplum, tum suum, quod inde effingit, scriptum. Neq; quæ legentem fortè fugissent, operis artes, vertendi studio se facilè subducere possunt. Sed è Latino Germanicè aliquid reddere omninò pstat, quàm vice versâ: siquidem vernaculus nobis magis est perspectus sermo, quàm peregrinus; esse certè debet. Et ideo etiam Germanici styli tractationi non est non vacandum: ut ne infantes simus in vulgari idiomate, quo crebrius forsit perorare nobis contingat, aut verba facere, quàm Romano: postquam scilicet è Scholæ umbrâ

Versio inter Orator. exercitamenta non est postrema.

Facilius est vertere quàm componere

Vertendo qs: aliud agendo ediscitur id quod vertitur

Præstat è Latino Germanicè aliqd reddere, quàm vi[ce versa]

Cur tractationi Germanici styli vacandum sit.

in Ecc.

in Ecclesiasq foriq lucem protulimus pedem. Quod animo benè versan-
tibq, hanc Exordii Barlæani interpretationem aggredi visum fuit, ut Rheto-
ristæ Nostri hoc invitentur exemplo, quo in omni varietate formularum
Oratoriarum Germanicè exprimendarum, vires experiantur suas:
quos in posterum magis magisq aliis subjectis periculis, eo impellere
non gravabimur.

Modus vertendi.

Illud autem cum primis novisse omnes hoc operis tentaturos velimus,
ut non tam illius, ex quâ, quam ejus, in quam aliquid convertitur,
linguæ accurata admodum habeatur ratio. Ad verbum omnia red-
dere nefas sit: quia id puerile atq ridiculum. Deinde universos atq
singulos in hujus notæ versione ita se gerere æquum est, ut, dum Rhetori-
ci aliquid dare moliuntur, non videantur esse aut ignari, aut immemores
linearum Grammaticarum: hoc est, cavere oportet, ne aliquid proferatur,
quasi nulla in mundo daretur, aut dari posset, ortographia, Analogia, vel
Syntaxis Germanica. Non ex lex utiq est lingua patria: non: ve-
rum Nos ejus valdè sumus incuriosi. Nostra quidem jam tradita
ita accuravimus, ut rectè adscripta via sit improbaturus aliquis,
quanquam Censor paulò severior. Culpam perperè aliorum scripti-
onis præstare nolumus: Nos, nenon rectè omnia exararentur, sic
ut cum curâ sunt composita et proposita, satis in id allaboravimus.
Dabimus enim verò ad hæc de pec V liaribus quibusdam Rhetoricis hic animad-
vertendis admonita nostra: nam Grammatica ad aliud spectant sub-
sellium. Intimanda tamen, (ut hactenus factum) brevibq exequemur.
Cum vernaculè dicimus, ne indecori aliquid insolitiq committatur,

circa

circa titulos auditorum debitè inferendos proferendosq circumspectè est advigilandum: quippe quod circa hos peccare, qui initiò illicò adduci amant, nihil sit aliud, quàm in limine offendere. Neq verò ut in Latino sermone, hic ingenio quisq suo velificari debet, sed religiosè quibusvis appellationes illæ honorificæ sunt tribuendæ, quas usus calculo suo approbat. Si quid facias aliud, et sibilem fortè non moveris, (quæ tn̄ facilè istbac irritatur ratione,) stolenem utiq excitabis omnium. Ut enim sermonis, ita titulorum, publica tantùm forma placet. Hos à Barlæo usurpatos, ut fuit quitum, expressimus titulos aliter (fatemur) sonaturos si ad verbum eos exprimere voluissemus, aut planè Belgicè, hoc est, secundum communem, quæ in foederato Belgio trita est, consuetudinem.

Quisquis etiam volet versionem hance nostram intueri penitius, oculisq contemplari Rhetoricis, facilè profectò animadvertet, quæ Latinè in exemplo occurrunt, ornamenta elocutionis, si non omnia, certè pleraq, inibi exstare, ut sunt, sive tropi, sive figuræ, sive numerus periodorum Oratorius. Namq istbæc, ut non uni, sed omnibq idiomatibq sunt propria; ita in materna nostra Linguà æquè exhiberi possunt ac in ullà aliâ. Quâ de re non minus præcepta, quàm paradigmata, à Johanne Matthæo Meifarto, in Germanicà Rhetoricà, teutonicè proposita, videre est sanè pretium operæ. Nostra, quæ cum Latinis certarent, hoc loco tentata exempla, in digitis posita enumerare non allubescit.

SECTIO V.

Exordiorum Formulæ Aliquot,

À Matthæo Dressero libr. 1. Gymnasmatum Græcæ Linguæ Græcè Latinèq scriptæ,
Et transcriptæ.

À personâ propriâ & Auditorum.

Cùm meipsum intueor, A. O. nihil reperio ejusmodi, quo possim confidere. Neq n. naturâ admodum acutus sum, neq doctrinâ atq intelligentiâ ornatus, tum usu etiam dicendi minimè exercitatus. Quæ sanè faciunt ut animi dubius sim, & verba apud vos facere vehementer verear. Cum verò vestras personas specto, iterum animus meus aliquo modo erigitur, & benè sperare de successu atq eventu Orationis incipio. Scio enim Vos esse æquissimos judices de verecundiâ Juvenum præsertim & Orationis modestiâ, nihil magis odisse atq vituperare, quàm persuasionem sapientiæ, & arrogantiam, quæ inscitiæ est index certissimus & comes perpetuus. Hæc igitur si vitavero, quod sanè conabor studiosissimè; confido, vos benevolè me esse audituros: idq ut fiat, modis omnibus oro. Ego quidem sic moderari conabor Orationi meæ, ut neq propter prolixitatem molesta sit, neq propter brevitatem obscura. Deus misericors sit dux, gubernator & consummator, cum Filio suo & Spiritu Sancto: detq ut salutaria Nobis omnibus ipsiq inprimis grata sonemus & agamus.

Annotationes Nostræ.

Minimè utiq formulas hasce hinc inde collectas Rhetoristis Nris præscribimus suppeditamusq, ut ad Orationes scribendas satis se instructos

structos opinentur, si his harumque similibus aliis abundent. Non enim sane ad haec quasi alvearia, tanquam ignavum fucorum pecus sedere debent, aliena mella depasturi illi Nostri, aut his se alienis plumis ornare, instar corniculae Aesopicae, risum permagnum excitantis, cum nudata fuit: Non, sed acceptis his exemplis, stilum in manus sumere eos oportebit, ut similia effingere conentur, hoc quippe nisi fecerint, obmutescendum certe illis, cum destituti aliquâ fuerint formulâ. Sic equidem pictoribus esse solet in promptu, eximiorum speciminum tabularumque, quae egregios artifices habent authores, supellex magna, non, ut eam, veluti suam, in tabernis ostentent, aut venum exponant: Sed, ut in ejusdem contemplatione habitantes ardore accendantur, imbuanturque peritiâ gemini quicquam efficiendi. Eoque consilio has à Nobis accipiant formulas Eloquentiae alumni, et aliunde plures conquirant, corrogent, connotent: attento insuper multo diligentissimè, quid quodlibet in exemplo sit pulchri, ut animadvertatur, à se quoque, suoque penicillo, pro re natâ repraesentari dignum, Qua gratiâ itidem de quibusdam ex adscriptâ Dresseri formulâ elicitis commemorabilibus paucula (ut circa reliquarum formularum propositionem et expositionem est factum) commonefaciemus.

Bellum verò est, inquimus, quod de se planè modestissimè prooemians Declamator inducatur: De Auditoribus verò suis admodum honorificè, et multâ cum eorundem despicatione, eâ in ipsis virtute laudatâ, quae Declamatori maximè animum addere queat timenti: aequi

æquitate scilicet, seu bonitate, vel benignitate in judicando. Cujus Exor-
dii immutatio multò est facillima, si tantum animo rectè comprehendatur.
Intellectu equidem ē facile: sicuti omnino ista nobis debent esse perquam
benè perspecta atq percepta, quæ imitatione referre volumus: secus
luditur opera, perditur oleum.

Neq alienum est ab Oratoris modestiâ, si Orationem polliceatur, ob bre-
vitatem et perspicuitatem, amabilem: imò utriusq virtutis Oratio-
nem quam maximè decorantis et apertè præ se ferre debet studi-
um flagrantissimum et ejus se cultorem, non re ipsâ tantum,
sed et verbis profiteri. Ac fortè hujus tantum illiusq ornamenti ad
laudabilem sermonem spectantis decet jactatio; nisi a. aliorum quo-
rumcunq, utut sint quàm plurima. Ista enim qualia qualia indicta
auditorum observationi sunt relinquenda, ut si velint faveantq, inde
cum Orationem, tum Oratorem non nequeant extollere et concelebrare.
Absit etiam, sic sentiamus, quasi in tractatibus, seu (ut hodie loquimur) Concionibus,
solum conveniat, cum voto ad Deum fuso accedere ad dicendum eo de argumen-
to, de quo habenda est Oratio: quin verò sic statuamus, id tantum non in qui-
buscunq Orationibus locum habere, ac cumprimis iis, quæ rei honestæ, utilis,
atq gravis explicandæ causa recitantur. Unde æquum ē adjicere oculumq
mentemq ad id, quod præ manibus in eum sensum sic habemus exemplo, sic so-
nantibus in formula verbis.

A CAUSÂ.

Jure omni respondeam, quod ad dicendum consurgere audeo, nisi causae sint justissimae, quae me vobis excusent. Nolite enim existimare, me arrogantiâ quadam aut ambitione ad hoc impulsum esse, sed studio obediendi potius his, quibus parere nos necesse est. Neque parum meipsa et res, tantum non editâ voce, ad hanc exercitationem invitat. Nisi in dicendo nos exerceamus, nihil emolumenti ex studiis nostris capimus. Neque et prodest eruditio, sive doctrina, nisi adsuescamus, ut sensa animi nostri in loquendo et scribendo declarare possimus. Quocirca veniam mihi dari aequum est, dum id efficere conor, quod declinari nullo modo decebat.

Annotationes.

A causis, quibus ad dicendum incitati fuere Oratores, Orationum initimine, ordine verba fieri, supra etiam est indicatum, et aliquam multis dicentium exemplis comprobari potest. Etsi verò longè graviores queant esse rationes, quibus adductus fuerit aliquis ad perorandi provinciam adeundam, quae tamen hoc loco allatae sunt, Tyronem et Declamationis studiosum in arenam recens pedem inferentem minimè dedecent. Aliorum quidem arbitrio et imperio se prodiisse, triarii et et declamandi veteres non raro caussari solent. Et recte. Obsequentem enim fuisse, quibus refragari nefas, laudem universis atque singulis impetrat et favorem. Adolescentes verò cum primis, exercitationis caussa se audiri velle, si apertè profiteantur, adeò nihil committunt indecori, ut eopse valdè se commendent Auditorio. Itaque ut hoc Exordioli exercitatori alicui esse praescriptum haud obscurè videmus. Ita iis, quae diximus,

attentis, nemo non facile intelliget, qua ratione id imitari possit, vel non debeat.

A Voto.

Initium pium et justum faciam, vobisq, ut confido, omnibus salutare, decenti voce invocans Deum, authorem et largitorem omnis sapientiæ et boni in vita humana. Ad te igitur mentes nostras et ora convertimus, omnipotens, æterne et verè Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te patefecisti nobis immensâ bonitate et misso filio tuo voluntatem tuam erga nos declarâsti. Te invocamus et oramus, miserere nostri, et exaudi preces et gemitus nostros, per filium tuum, mediatorem nostrum: et accende in nobis veram lucem et desiderium verbi tui, doctrinæq studium, fervens excita: ut te rectè cognoscamus, tibi obediamus, et placeamus, sancta dicendo et faciendo. Rege mentes nostras et guberna conatus atq studia, ut tibi grata sint et nobis omnibus salutaria. Conserva puram et illibatam doctrinam in Ecclesiâ, propelle omnes prophanas et impias opiniones et actiones, quibus nomen tuum contumeliâ afficitur.

Annotationes.

Bona talia et pietatis causa concepta verba, sub sermonis auspicium extemplò proferre est Christi nomen profitentium vel maximè proprium, exemplisq summorum è Christiana turbâ Oratorum frequentibus approbatum. Berneggerus equidem in Orat. Acad. secunda (p. 43 id legendum in Decade) in eam ait sententiam: Ante verò quàm ad rem ipsam aggrediar volente consuetudine, poscente pietate, à precationibus initium dicendi capiam. Et in liminæ Orationis primæ (quod in eadem Decade p. 5. reperitur) memores, inquit, illius Apostolici præcepti, ut quicquid agimus, in sermone aut opere, id omne in nomine Domini nostri Jesu Christi incipiamus, gratias agentes Deo et Patri per ipsum. Sic igitur meo voce præeuntem

devotâ mente sequimini. Utrobiq autem, ut & alibi, verba votorum recitatorum diserta extant. Quæ etsi in exemplum hic modo adscriberentur, non utiq luderemus operam eclogis nostris ista inserentes. Possunt enim illa, aut istis similia, à perorantibq in cœtu aliquo scholastico, iisq sive docentibq sive discentibus, commodè adhiberi. Qualia aliis in locis se offerentia non sunt sanè fugitivo oculo prætervolanda, quasi tanti non sint, in quibus legendis vel enotandis temporis quicquam ritè & utiliter inpendatur. Aliud potius existimandum, nec non verò ejuscemodi quædam, omnino inter Rhetorica utilia et aurea referenda. Inprimisq si sensibus bonis & depromptis è meliori Latinitatis thesauro verbis, nec non verò tamen Scripturam sacram olentibq, constent. Hujus generis præcationem Orationi præmissam in Orat: Barlæanis p. 23. itidem suppeditari monemus, eamq profectò egregiam & verè scholasticam. Geminas formulas multa lectio dabit, observatione & imitatione (quod memori animo condendum) dignas.

SECTIO VI.

Exordia

In Euphradiæ libr. 1. pag. 12.
à Laurenbergio præscripta.

AB APOPHTHEGMATE VEL SENTENTIÂ.

I.

Archidamus, videns filium suum cum Atheniensibq juveniliter ac temerè congredientem, exclamasse etc: Aut virib9, o fili, adde, aut animis adime. Vehementer metuo, Auditores, ne idem in me vestrum aliquis dixerit, qui eam confidentiam sumpsi in pectus, ut coram vobis verba facere audeam: sed recreat me benignitas vestra, qua fretus &c:

II.

Cum Alcibiades, naturâ meticulosior, vehementer trepidaret, verba facturus ad plebem, aggressus est illum Socrates, hoc allogutio: putasne, inquit, ô Alcibiades, contemnendum esse Sutorem? annuit Alcibiades. Annon Oeno-

pelam. cum et hic annuisset: annon contemneres, inquit, fabrum lignari, um. affirmavit itidem. Tum Socrates: Atqui, inquit, ex his constat Atheniensium populus, quem tu vereris. Quare, si singulas partes contemnendas putas, qui minus contemnas universos. Ego verò, Auditores, quantillus præ Alcibiade, verba facturus ex loco tam illustri, non ad Sutores, non ad Oenopolas, aut fabros, sed viros omni eruditione illustres, quantopere putatis animum meum perculsum verecundiâ et timore justo.

III.

Antiquum est verbum, Auditores, quod et apud Horatium legitur in Epistolis, metiri sequemque suo modulo ac pede fas est: quo significatur, decere quemlibet, se intra mediocritatis suæ sortem continere, nec aliquid conari, quod viribus sit impar. In hoc præceptum non injuriâ peccare videbor, dum nec ab annis, nec eruditione, nec eloquentiâ instructus, audeo in conspectum vestrum prodire, sed spero me veniam impetraturum ab humanitate vestrâ.

Annotationes.

Egregiam Oratoriorum procemiorum stipem et copiam, si quisquam suppeditarit is est præclaræ eruditionis et facundiæ, Laurembergius, in Euphradiâ suâ, quæ ut non sit compensa prolixè, prolixa tamen commoda lectori affert. Qui præducendorum Exordiorum variorum operam aggressus, sic inquiens, benè docet: quædam generalia fieri possunt exordia, applicari nata omni materiei: quædam speciatim fabulis, sententiis, reliquisque thematibus appropriata. Ex tanto quidem, qui apud authorem extat, numero quædam selium adscribere modo visum fuit, adjunctis nostris, eorundem artificium commonstrandi causa, annotatiunculis, quales jam damus, superadductis: alias subjecturi super jam jam, præterea, adducendis. Est autem in præcedentibus hisce exordiis animadvertere operæ pretium, quod in duobus primis egregiè radient narratiunculæ istæ, in tertio dictum: Hoc et illis ad rem et propositum, ac minimè ad personam dicentis, benè accommodatis. Quæ utriusque generis, quia non sunt planè trivialia et conculcata, plus habent Veneris. De cætero, si quis nimis quam nota, milliesque audita, et ipsis lippis tonsoribusque cognita, in dictionis initio et limine afferre velit in me

dium, adeò non istac ratione audientium aceet aures, ut eas fastidio derepente sit oppleturus. Exordia sane debent et possunt esse pompatica et fulgida, ut ædium vestibula: quanquam cum eo, ut non susq deq habeatur illud vulgatum: Nequid nimis.

Cum primis vero apposite, et metus et verecundiæ ergo declarandæ, probabitur, istiu præscriptis tribus omnibus præfari docetur, Tyro aliquis Oratorius. Tyro verò signate ajo Oratorius. Namq latere velim neminem, quæ tradita sunt, exordiola cum multo majori decoro à quopiam haud multi usus aut ætatis adultioris declamatore adhibitum iri, quam ab exercitato satis et confirmato. Nam ubi hic quoq persentiscere possit, pavoris filiam suo in pectore adhuc saltitare, nec diffiteri necessum habeat, animum suum esse nonnihil commotum, utpote quem et disertis verbis, sine ulla suæ existimationis imminutione, prodere decenter non nequit; alia tamen et longè magis masculâ dictione eâ gratiâ utetur, minime a. talibus quibusdam cantilenis, næniisq Scholasticis. Nisi quod tertium prooemiorum e veteranum non usq adeò posset dedecere: dummodo scilicet elaboretur ad hæc et expoliretur, uberiori verborum et sententiarum apparatu accedente.

Primum autem ex istis, ut in quavis audientium corona honorata prolatum nauseam nullam cieret; secundum tamen, factâ sutorum, oenopolarum, fabrorumq (etsi his præferantur auditores) commemoratione, apud concionem ex majorum gentium Diis constantem, vix gratiæ, vix admurmurationis secundæ multum obtineret. Ita, quia in dicendo deceat, curatè dispiciendum, ne quid partim dicentis, partim audientium personâ non sit indignum. Inprimis a. in imitatione atq usu eorum, quæ in excerptis habentur formulis, caveat multo diligentissime Rhetorista, ne, dum incautus, indecori aliquid committit, vapulet, vel tacito vel vocali aliquo tali convitio: O imitatorem, non servum tantum, sed stultum pecus. Quibus similia Declamationum varii generis antipagmenta cum generalia tum specialia, vel (si ita potius nuncupare libet) partim communia, partim incommunia, per totum laudatæ Euphradiæ libellum sparsa non legantur tantum, sed dicto, sed et ad hanc, quam commonstravimus, faciem expendantur. Utile id sanè erit, et supra quam dici potest conducibile.

Sectio VII.
Isocratis
Proœmium Panegyricæ præfixum.

Sæpè mirari soleo, quid in mentem illis venerit, qui celebritates has
congregârunt, & ludos gymnicos instituerunt, ut corporum viribus
tanta præmia proponerent: Eos verò, qui Reipub. studio privatos
labores susceperunt, & animis ita se pararunt, ut aliis quoque prodesse pos-
sint, nullo prorsus honore dignarentur, quorum eos in primis ratio-
nem habere decuisset. Nam, etsi robur pugilum duplicaretur, nullus
tamen ex eo fructus rediret ad cæteros, sed unius viri prudentiâ
fruuntur omnes, qui ejus consiliis parere voluerunt. Neque tamen
hæc mihi desperationem attulerunt, ut socordiæ me dederem, sed
cum gloriam ex ipsâ Oratione capiendam satis mihi magnum fore
præmium existimem, consilium daturus adsum, cum de bello
barbaris inferendo, tum de instituenda inter nos ipsos concordia.
Etsi a. non ignoro, multos, qui sophistarum sibi nomen arrogârunt,
cupide hoc argumentum arripuisse: tamen cum cæteros tanto in-
tervallo me superaturos confido, ut illi nihil unquam dixisse de
hoc negotio videantur, tum eas Orationes pulcherrimas esse cen-
sui, quæ & maximis de rebus agerent, & maximè Oratorum in-
genia ostenderent, & utilissimæ essent audientibus, quarum de nu-
mero hæc est. Deinde harum rerum tempora nondum præterie-
runt, ut eas Orationes renovari supervacaneum sit. Tum de-
mum n. dicendi finis est faciendus, cum aut res ipsæ peractæ
sunt, neque amplius de iis deliberari debet: aut Oratio ita elaborata est,
ut ad ejus excellentiam nihil ab ullo addi posse videatur. Sed quam
diu neque rerum status emendatus est, & prius habitæ Orationes ni-
hil approbationis merentur: de tali Oratione exquirenda non
meditandum & sedulò cogitandum est quæ, si prosperè successerit,
& intestinis bellis, & his tumultibus & maximis nos malis liberare
queat. Præterea si fieri minimè posset, ut alio atque alio modo

iisdem de rebus diceretur: supervacaneum judicari possit, iterata ejusdem argumenti non dissimili tractatione fastidium parere auditoribus. Cum autem ea natura sermonis sit, ut res eædem multifariam explicari possint, et magna dicendo deprimi, parva exaggerari, et veteribq nova velut vestis indui, et his, quæ recens acta sunt, vetustatis quædam opinio concitari queat: non amplius ea fugienda sunt, de quibq alii dixere prius, sed opera danda, ut eos Orationis bonitate superemus. Res olim gestæ nobis omnibq communes relictæ sunt: sed eas in tempore proferre, et argumentis idoneis confirmare, et splendore verborum exornare, prudentium hominum peculiare est. Sic autem existimo, cum cæteras artes, tum Eloquentiæ studium maximè auctum iri, si quis honoret ac miretur, non eos, à quibus primis sit initium dicendi profectum, sed hos, qui singulas Orationum partes optimè perfecerint; neq illos, qui de rebq à nemine prius tractatis dicere instituerint; sed qui res ita Oratione illustrarint, ut nemo alius idem pparare possit. Enimverò sunt qui vituperent Orationes, quæ vulgi captum excedunt, et exquisitius elaboratæ sunt: ac in eo errore versantur, ut eas, quæ summo studio et Elegantia confertæ sunt, cum privatorum contractuum causis conferant. Quasi verò eadem utrarumq ratio esse debeat, et non alteræ ad victoriam, alteræ ad ostentationem comparatæ sint: aut ipsi mediocritatem perspiciant: is verò qui accuratè dicere potest, non etiam simpliciter possit dicere! ac istos quidem satis apparet, eos duntaxat laudare, à quibq ipsi propè absint. Mihi a. cum illis res nihil est; eos volo, qui nullum verbum temerè probent, sed et morosè judicent, et tale aliquid in meis Orationibq requirant, quod apud alios non inventuri sunt. Ad eos igitur, postquam meipsum adhuc paulum jactâro, statim de re ipsâ dicere aggrediar. Equidem alios in Exordiis Auditores sibi conciliare video, et excusare ea, quæ dicenda sunt, ac dicere, vel sibi non satis spatii fuisse datum ad meditandum, vel difficile esse inventu talem

Orationem, quæ rerum magnitudini respondeat. Ego verò, nisi et pro rei dignitate dixero, et sicut tum gloria mea, tum tempus, non id tantum, quod in hac Oratione scribendâ consumsi, sed totius vitæ meæ postulat; hortor ac jubeo, ut nemò mihi det veniam, sed omnes me derideant ac contemnant. Nihil enim horum est, quod non jure mihi eventurum sit, si nihilò præstantior aliis adeò magnifica promitto. Ac de me quidem hæc præfari privatim volui.

Annotationes.

Fatemur: imò vel clarissimè monemus, veteranum tantum aliquem, palmarumq multarum, atq adeò publicè approbatum Oratorem decere ejusmodi præfandi genus, quo in suâ hacce præfatione usus est Isocrates, qui non solum jam pridem risus fuit omnibq, antequam ad præsentem Orationem se accinxit scribendam, magnus Rhetor; sed et eam ipsam Orationem, decem, aut (ut alii tradunt) quindecim annis, hoc est, amplioriutiq spatio, quam Elephanti pariunt, elaborans videri volebat Oratorum omnium summus et Antesignanus, non iste verò Herculis Cothurno pedi erit aptus infantis. Quanquam non præter rem erit, ad artes, et præcipuè bonorum morum statuam expendere, an etiam Isocrati conveniat, tam multis, tamq gloriosè de se verba fecisse? Uti, cum ait: non (Oratorum contemptus apud vulgum) desperationem mihi attulit, ut socordiæ me dederem: sed cum gloriam ex ipsâ Oratione satis mihi magnum fore præmium existimem etc. Estne enim modestum, tam manifestè laudis appetitum præ se ferre, imò spem quasi certam? Ac, nonne etiam arrogantius dictum, dum inquit: Etsi autem non ignoro, multos, qui Sophistarum sibi nomen arrogârunt etc. Demum, annon talia promere Oratorem penè nefas: Ego verò nisi et pro rei dignitate dixero etc. certè profectò Dano alicui ex Oratorum numero, ut sic loquatur, author non sim; utut feram in hero, vel heroë quopiam.

Nam si ille protulerit, vix risum, vix bilem poterunt auditum admissi tene„
re amici. Talia tamen quivis Oratorum, egregiè intexet Exordio suo sen„
tentiosa et erudita, qualia hic occurrunt non pauca emblemata. Sic„
uti illa initio se offerens est graphica populi reprehensio, pugiles qui ad„
mirantur, sapientes autem, beneq; consulentes Oratores vix item. Item
verò doctè ab Isocrate edissertatum est de repetitione propositi alicujus, ab
aliis etiam Oratoribus explicati: nisi quod hoc acturus Orator, ut ex„
cuset se, dum pertractare id vult, quod ab aliis, se quoq; in dicendo
superioribus est tractatum, quoslam alios potius colores non præferre
non debeat, eosq; verecundiam maximè exprimentes: ac tum verò
licebit illa ex Isocratis dictione mutuò accipere, quæ â decoro ni„
hil sunt aliena. Quemadmodum hoc præsertim â nemine non eò dice„
tur laudabiliter: Cum enim ea natura sermonis sit, ut res eæ„
dem multifariam explicari possint, et magna dicendo deprimi, par„
va exaggerari, et veteribus nova veluti vestis indui, et his, quæ re„
cens acta sunt, vetustatis quædam opinio conciliari queat: non am„
plius ea fugienda sunt, de quibus alii dixêre prius; sed opera dan„
da, ut eos Orationis bonitate si non (ita videtur, in melius com„
mutatum iri sermonem) superemus: saltem imitemur. Est equidem
et illorum objurgatio supra modum præclara, qui accuratè dicentes,
et exacte elaboratas orationes, inaccuratè damnant; sed illa, ut puto,
rectius in Rhetoricis audietur, aut alibi, quàm ab Oratore aliquo
in dictionis limine producta; nisi fortè hic in eum se modum jactare
audeat, quem in modum id fecit Isocrates, qui, (ut accepimus,) nihil

est disertè dicere veritus, ad eos igitur, postquam me ipsum adhuc paulum (at verò nimis quàm satis id factum) jactâro, statim de re ipsâ dicere aggrediar. Non tibi pulle Oratorie suadeo, non ut sic frontem perfrices. Nam tu viribq addes et animis demes. Illud a. vehementer probamus in Exordio adscripto, quod tàm clarè sub ipsum auspicium propositio ejusdem, seu argumentum ab Oratore est intimatum, dicto: Consilium daturus sum de bello barbaris inferendo, tum de constituendâ inter nos ipsos concordiâ. Non enim attinet semper diu post carecta latere, ac non nisi longa post sordea, demumq sub Exordii finem more solito edicere, de quo dicere fert animus. Taceo reliqua, de quibus tamen hic non inutiliter aliæ commonefactiones dari possent, attentâ justâ hujus Exordii Analysi: Est modus in rebus: et is nobis maximè custodietur his in annotationibq nostris.

SECTIO VIII.
Ex CONCIONUM LXV. EXORDIIS, â Demosthene apparatis, formulæ aliquot selectiores.

I.

Magnis opibus Athenienses, rationem, quâ perspicuum fiat, quid in illis rebus optimum factu sit, de quibus nunc deliberatis, omnes vos præcluturos arbitror, quod cum ita sit, officii vestri est, ut vos ipsi libenter audiatis eos, qui vobis consultum volunt. Nec enim, siquis utile aliquid meditatus attulerit, id solum audire atq accipere licebit: Sed illud ét vestræ felicitatis esse puto, ut multa utilia dicto subito quibusdam in mentem veniant. Ex omnibq igitur deligere id facilè fuerit, quod maximè expediat.

Æquum est

II

Æquum est, Athenienses, cum penes vos sit, ex his, quæ dicuntur, eligere, quod maximè probatis, omnes audiri. Etenim sæpè usu venit, ut idem homo in alio erret, in alio rectè sentiat. Tumultuando a. et celeriter fastidiendo, fieri potest, ut multis utilibus consiliis fraudemini. At si modestè tacitèq; audiatis, tum officio planè fungemini, tum, si quis delirare videbitur, eu negligetis. Ego verò multa verba neq; facere soleo; neq; si hactenus solitus fuissem, nunc facerem; sed quæ vobis profutura existimem, ea, quam à me fieri brevissimè poterit, vobis explicabo.

III.

Cum nemini prorsus obscurum esse videam, quibq Orationibq vel delectemini, vel offendamini, tamen ea dicere, quæ jucunda fore videantur, impostorum esse reor. Ab his a. quæ Reipublicæ profutura esse persuasum habeas, etiamsi auditores obturbaturos, aut quidvis aliud facturos scias, non depelli: Id ego et boni et cordati Civis officium esse judico. Ego verò vos, si non propter quicquam aliud, ob illud saltem, utrorumq; Orationes audire velim, ut, si quædam quis rectius, quàm impetus noster et cupiditas fert, diceret, ejus consilium amplecteremini, sin destitueretur ingenio, neq; sententiam animi sui explicare posset, ut id ei suâ, non vestrâ culpâ, qui audire nolitis, accidisse videretur. Deinde non tantâ molestiâ afficeremini, si quem multa nugantem audiretis: quantâ, si quem, qui oportunum aliquid dictu haberet, prohiberetis.

Ac principium quidem est rectè probandi omnia, ut ne quid antea vos tenere putetis, quam cognoveritis, cum præsertim sciatis, sæpè jam multos consilia mutasse, quod si nunc vobis hæc persuasa fuerint, fore puto, ut paucis verbis et ipse dicere aliquid jure videar, et me vobis optimè consulere appareat.

IV.

Quanquam, Athenienses, multa verba facta sunt, ab omnibus iis, qui consilia dederunt: Vos tamen nunc nihilo propius, ab ejus inventione, quod agendum sit, abesse video, quam priusquam in Concionem adscendistis. Cujus rei causa, opinor, est eadem, quæ est, ut summa Reip. laboret. Nec enim de propositu rebus vos monent Oratores, sed se invicem accusant et proscindunt: quo, ut ego quidem judico, consuefacti, extra judicium, quantas clades invexerint, audire; si quando in jus vocentur (cum vos nihil audire novi putetis, sed ea tantum, quæ vos sæpè commoverint) de facinoribus eorum clementius pronuncietis et judicetis. Ac ista, quam de causa faciant, stultitiæ fortasse fuerit, indagare curiosius in præsentia. Sed quia vobis non expediunt, ideò ea reprehendo. Ego verò nec accusabo quenquam hodiè, neque tale quicquam pollicebor, quod non è vestigio probem: Neque deniquè illos ulla ex parte imitabor, sed quæ tum conficiendis rebus aptissima, tum deliberantibus vobis utilia existimo, proponam, et his quam brevissimè explicatis descendam ad ea.

Cum non in

V.

Cum non in eadem sententiâ sim, in quâ sunt eorum pleriq; qui verba fecerunt, surrexi ad dicendum, Athenienses, et tamen ne vos quidem arguerim, ex improbitate optimis contraria dixisse, sed illud in causa esse videtur, quod pleriq; neglecto rerum judicio, verba, quæ dicturi sunt, spectare solent: quorum copiâ instructi, alacriter ad concionandum prodire solent: in quo non rectè sentiunt, neq; cum animis suis cogitant, cùm multæ res longo tempore ab omnib9 gestæ sint, et propter tempora quædam inter se contrariæ, si quis priorib9 præteritis posteriores dicat, eum nihil aliud facturum, nisi, ut, quo factu nihil est facilius, seipse imprudens fallat. Qui igitur eo animo ad dandum consilium venerunt, mihi videntur, eâ eē Orationum sicarum laude contenti, si eloquentes videantur. Ego verò eum decere existimo, qui de publicis negotiis dare consilium instituit, id potius spectare, ut ea, quæ decreta fuerint, prosint, quàm ut subitæ Orationes placeant. Decet enim ad Eloquentiæ laudem utilis alicujus rei actionem accedere, ne in præsentiâ tantum, sed semper ea, quæ dicta fuerint, se præclare habeant.

VI

Arbitror omnes vos, Athenienses, intelligere, vos hodie convenisse, non ut ullum maleficum puniatis, sed ut de negotiis istis deliberetis. Accusationes igitur omnes differendæ sunt, ac tum apud vos dicendum contra eum, quem sibi unusquisq; oppugnandum censebit, cum judicium de aliquo faciemus. Quod si qs

utile aliquid dictu, aut conducibile habet, id nunc pronunciet. Nam accusare eorum est, qui res gestas culpant, consilii vero capiendi deliberatio de rebus præsentibus, aut futuris instituitur. Proinde non convicii, aut reprehensionis hoc tempus; sed dandi consilii mihi esse videtur. Dabo igitur operam, ne ipse id committam, in quo alios reprehendo, et ut, quæ in præsentiâ factu utilissima censeo, suadeam.

ANNOTATIONES.

Hoc Oratorum Græcorum Antesignani exemplo maximè exercitati tyrones Oratorii commendatum sibi habeant id studii, ut similia Orationibus habendis præfigi apta exordia (quod hactenus non suadentes tantum, sed et viam id exequendi commonstrantes, deditâ operâ, probè inculcare voluimus) vel ex alienis Orationibus colligant gnaviter, vel, sui magis magisq; exercendi causâ, in omnem eventum apparent: quippe quod et istac et simili aliorum ejus generis Progymnasmatum sæpè frequentatorum ratione egregiè se præcolent ad graviora quæq; et integra Eloquentiæ opera. Rectè utiq; profectò optimus Hieronymus Wolfius in Demosthenicorum præfatione Exordiorum, in hanc sententiam scripsit: Mirari nemo debet tantum abesse nostræ homines, quantumvis ingeniosos, ab excellentiâ veterum Oratorum. Nam, ut de ratione discendi peregrinas linguas difficillimâ, quæ nobis magnam ætatis

partem

partem intercipit, taceamus, quotusquisq; tam continenter vivit, tanto studio se exercet, ut cum de aliis plerisq; tum vero de Demosthene proditum est, ac alia quidem admirabilia de illius Exercitationibus apud Plutarchum legere licet. Sed ex his et Progymnasmatis (quae ideo procemia demegorica inscribuntur, quod accommodata essent iis Orationibus Atheniensis populi Conventu haberentur) satis apparet, eum tanquam arcum, sic animum ad omnes publicorum negotiorum occasiones intentum habuisse, domiq; per ocium difficillimam Oratoriae dictionis partem (principiis enim inventis reliqua deinde sua sponte propemodum sequuntur) esse meditatum, unde id consecutus est, ut jam bis mille ferè annorum spacio nemo extitisse putetur, qui vel Eloquentiâ, vel Sapientiâ cum eo conferri mereatur. Minimè verò tantum Graecus ille (ut sic dicam) Cicero in more habuit positum ejuscemodi ~~[illegible]~~ procemiola, variis propositis Orationae detractantis commoda, in promptu habere, sed et hujus acer imitator Demosthenes Romanus, sive Marcus noster Tullius, quod ex ejus Ep. 6. l. 16. ad Atticum liquido cognoscere est, his verbis constante: De gloriâ librum ad te misi, et in eo procemium id est, quod in Academico tertio. Id evenit ob eam rem, quod habeo (ecce rem disertè prolatam) volumen procemiorum. Ex eo eligere soleo, cum aliquod Syngramma institui. Itaq; iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum isto procemio, conjeci id in eum

librum, quem tibi misi. Cum autem in navi legerem Academi-
cos, agnovi erratum meum. Itaq; statim novum prooemium exara-
vi, et tibi misi. Tu illud desecabis, et hoc agglutinabis. Utinam
sive Graeci, sive Romani Oratoris, quae collecta et conscripta ha-
buere, ad nos pervenissent, prooemia omnia. quibus autem hoc
non arridet, quod modo praescribimus pueris Rhetoricis, di-
cant nobis, si ita videtur ecquis sibi placeat, quod jam audivere
tantos fecisse viros, et ipsos in arte dicendi Roscios? De hoc ve-
rò solum admonere adhuc habeo, quo, quae quisq; annotaverit, aut
ex suo confinxerit ingenio, praeloquia usui aliquando futura,
benè expendat, visurus, suae aetati et argumento, quo de ver-
ba sunt facienda, ut sint congrua; utpote non adhibenda ante-
quam ad circumstantiarum normam fuerint applicata.
Siquidem verò etiam Ciceronem sic lapsum esse accepimus, ut
eandem crabem, non satis memor attentusq; apposuerit; nobis
ne quid fiat simile, cavebimus sedulò. Atq; eò quidem (ne quid oc-
cultemus, quod huc pertinet) non nostris unicè adhaerendum Eclogis:
sed nova quaedam adornanda sunt Exordia, postquam aliquis scili-
cet eam sibi acquisiverit facultatem, ut, sine exemplo, in exem-
plum proferre aliquid non nequeat. Sic enim sarcerastra et sci-
piones sunt procul, cum pedibus satis valemus, viribusq; corporis.
Meminerint a. inprimis benè omnes, non diversam solum Orantium
aetatem, sed et diversa Orationum proposita, alias atq; alias

præfationum figuras requirere. Quæ vidimus, Demosthenis, viri cordati, exordia fuere sententiosa, utpote quæ deliberationibus fuêre præmittenda, sed umbratilem aliquem Rhetoristam, vel Rhetorem Panegyricum, alia non dedecebunt initia, dummodo â consuetudine et arte non planè discrepaverint, multò verò minus ab audientium genio et ingenio. Sine dubio verò sententiosi et morati introitus sunt optimi, et si ab istis decesserimus eruditi: quorum si etiam et illi ubiq; locum inveniunt, ut affectuosi certe non ubilibet. Sed de talibus Exordiorum generibus jam verbo tactis, egimus in Oratoris nostri informatione multò pluribus; in quâ ibi scripta legere aliquem malumus, quàm isthæc hoc loco repetere. Atq; tantum etiam de Exordiis Demosthenis: è quibus aliquot plura, imò ea ad unum omnia si ediscantur, non erit non operæ pretium.

SECTIO IX.

DE FORMULIS PROPON[en]DI ET THEMA ET ANNEXA.

FORM: I.

Vtilitas me movit, ut hoc propositi aggrederer. Omnia metimur usu et commodis. Etiam vulgus, ubi quid agendum, ante omnia quærit: cui bono? cui usui? ager ille optimus, qui plurimos annuatim fructus cultori suo refert. Pindaro est aqua res optima, quia innumeras fundit utilitates, quæ causa etiam est, quod quidam aquæ nomen dictum velint, non tam verè, quàm

apposite, â quâ omnia, et sine quâ vita nostra non consisteret.
Quid multa? usus invitat ad rem, liceat itaq; mihi usu rei pernotum, quod disci, jam suscipere. Fateor, debebant alii, quibus plus ætatis, judicii et virium. Ego in junioribq sum, et loco posteriori, sed dum alii, quasi cum cochleæ in occulto latent, et silent; Ego, quæ possum, præstabo. Dicam autem &c.

II.

Sunt, qui dicent: quid feret hic tanto dignum promissor hiatu? eos ego scire velim, me equidem egerrimè accessisse ad hoc argumentum, nisi habuissem multa incitamenta. Persuasus sum humanitatis esse, indicare scopulos, in quorum duritiem pedem impingunt plurimi. Apud Hermogenem Rhetorem pictor aliquis diis marinis, in portibus suæ patriæ suspendit naufragii picturam, ut desinerent. Exotici hoc modo perterriti, infelices portus appellere. Causantibq eam obrem Civibq suis, quiritantibusq; commercia impediri, non advehi peregrinas merces: ille defendit se lege humanitatis, quod consentaneum sit humanæ naturæ, ut casus humani oculis subjiciantur. Ita eum hic sequi libuit &c.

III.

Ne autem incerto ordine progrediamur, rem hoc modo nos tractaturos præmonemus. Primò nobis Oratio erit de &c. Mox de eo verba faciemus &c. Probabimusq; deniq; &c.

IV.

Hippias post longum temporis intervallum Athenas reversus, Socratem eadem inculcantem, quæ ante multos annos tradere consueverat, cum audisset, ridere coepit: quid, inquit, eadem illa

Socrates, quæ ante complures annos te proponentem audivi, repetis?
Huic Socrates: eadem, mi Hippia, de iisdem semper. Tu verò clim
me longè et ingenio et sapientiâ vincas, nunc eadem de iis-
dem quoq; dicis? imò ego, ait Hippias, in id unicè incumbo, ut
semper aliquid novi afferam. Tum Socrates, quid ergò iisdem ho-
die scribitur literis Socrates, quibus olim? aut, numne etiam
nunc bis quinq; efficiunt decem, quemadmodum superiori seculo?
respondit Hippias: de his, Socrates, eadem statuo, quæ tu: sed de ju-
stitiâ jam alia dico, quam olim, et quidem ea, quibus nemo contra-
dicere ausit. Ad hæc Socrates: magnum, ita bonus sim, generi
humano invenisti bonum. Sic enim seditiones et civium discor-
diæ cessabunt, quia tuæ justitiæ nemo contradicere audet. Hæc
Socrates cum Hippio A. L. ut annotavit Xenophon libro Serm.
Socrat. quarto. Sed quid hæc ad propositum nostrum? multum
sanè. Idem enim argumentum dicendo persequar, quo de non
semel sum auditus: nec pudebit me cum sapientissimo homine
eadem de iisdem in medium proferre.

ANNOTIONES
super A. form:

Inter artes proponendi scitè est non postremæ profectò notæ, quam
hic habemus expressam: ne non scil: Orationis habendæ argumen-
tum nonnihil extollatur, idq; sive à dignitate, sive ab utilitate,
sive ab alio thematis adjuncto, quod habet illecebræ quicquam.
Atq; utilitatis quidem commendatio tantum non præcipuum
habet momentum: quandoquidem uti vulgus amicitias utilitate

probat, ita eruditiores etiam et rerum intelligentes proposita de-
clamationibus detractata. Cujus in artificii explicatione sermone
paululum protracto commorari, eosq; talis generis, quales hoc loco
occurrunt, adhibere flosculos, adeo non est alienum ab Oratione
Scholasticâ, seu à Scholastico, et in coronâ Scholasticorum recitan-
da, ut id eidem maximè sit proprium et pulchrum abundè.
Neq; verò non insinuabit se facilè Oraturus audientium benevo-
lentiæ, secundum hoc exemplum dicto, quod quasi singulare ali-
quid sit ausus, ad thema ejusce modi explicandum se accincto.
Favemus enim utiq; præclarè quicquam conanti, idq; et faci-
enti præ aliis, qui vel potiori jure istud debebant, vel melius po-
terant aggredi; Quæ omnia sicuti notitiæ causâ, tantum brevibus
perstrinximus, ita clarè satis eadem in formulâ videre est.

Super 2. Form.

Tantò, citra controversiam aliquis auditur attentius, quantò magis
persuasi sunt auditores, de rebus et magnis, et utilibus dicturum
Oratorem. Quod ergò circa Propositionem allaturus sit idem effica-
cius in medium, quàm si animos erexerit ad percipienda ejusmodi,
quæ non sunt vulgaria, itemq; verò et multum conducibilia,
nihil est. Quid? quod et illi placidæ prebentur aures, qui, non
sine causâ, imò non unâ, sed pluribus, impulsum, ad dicendum
se prosiliisse, persuadet. Cum autem, sive hujus, sive illius negotii
gratiâ, verba fiunt, scitamenta quædam erudita si sunt in
promptu, adq; rem conferunt, apposité adducentur.

SUPER. 3. FORM.

Distributio membrorum ad thema præcipuè pertinentium expresse prolata, facit omninò ad aures animosq; excitandos. Namq; sic constat, quæ, et quam multa proponentur. Et ideò non est præter rem, ejuscemodi per partitionem proponendi aliquando uti formulâ. Hortensio equidem, ut ex Quintiana Tullii liquet, similem Propositionem in certa capita clarè initiò memorata, distinctam exhibente, ejuscemodi Propositio in partes suas apertè dissecta, valdè fuit familiaris.

SUPER. 4. FORM.

Simile aliquod Exordium eruditis non potest non placere: Etsi fortè rei sæpè detractatæ iteratio indicata non adblandiatur auribus. De eo autem, cum vulgare nimis est proponendum thema, despicere profectò attinebit, ut ei non vulgari aliquo elogio, aut excusatione qualicunq; in medium adductâ, concilietur gratia. Sed talia omnino non nisi literario in foro locum habent: alibi vix item. Aut verò si de iisdem alio loco verba sunt facienda, dispari quoq; modo ob argumenti fere fastidiosam repetitionem coloranda est propositio. Quanquam de cætero persuasus sit Orator, de re utiq; se dicere posse nullâ, de quâ, ut vulgare habet verbum, non dictum sit prius. Et verò artis, si nova non suppetunt, vetera ut exponas, quo videantur nova. Quæ hic quidem occurrit excusatio, non animadversione tantum, sed et imitatione, suo scilicet loco temporeq; est dignissima.

SECTIO X.

FORMULÆ PROPONENDI
Ex Orationibus Kirchnerianis exscerptæ.

Ex Oratione I.

Ego hujus opinionis iniquissimæ et nullius momenti (quod nobilis non sit puniendus mitius, quam ignobilis) cum summâ voluntate animique ardore, et omnium vestrûm expectatione summa, refutator accessi non quidem quantum causæ necessitas et negotium hoc arduum exigit, sed quantum ingenioli mei tenuitas, et temporis ratio feret, dicturus. Neque tamen, ut aliquam invidiam ordini nobilissimo exsuscitem, aut delinquendi vias aperiam; sed ut communi hominum malevolorum maléque sentientium injuriæ et imbecillitati occurram, abeâque nobilissimum ordinem asseram et vindicem, ac denique iniquitatem judiciorum in eâ re ostendam. Adducam enim non leves aut exigui ponderis rationes, sed omnes omnium firmissimas, fortissimasque quibus existimationem judiciorum nostrorum plus quàm divinam, ab interitu ferè vindicem, et planum testatumque faciam, nihil tam absonum, nihil â moribus et consuetudinibus nostris magis alienum, nihil denique â Tribunalium nostrorum, Curiarumque æquitate, sententiarumque gravitate remotius esse, quàm ejusmodi in decernendis præmiis atque injungendis poenis, sublato omnium dignitatum, ordinum et authoritatum discrimine, confusionem, et justitiæ ac æquitatis inæqualitatem.

II.

Ex Oratione 7.

Quo omnia aptè et accommodatè â me proferantur, et ne, confusione aliqua factâ, fastidio ac satietate animi vestri obruantur, nullum esse tam impiæ consuetudinis, cut Vasallus Domino auxilium

ferat contra patrem) perspicuum et apertum in omni iure nostro textum, quo immanitas illa barbara confirmari possit, primū docebo; deinde sit ut maximum Longobardorum hoc statutum, tamen sine ratione esse, et naturæ ipsi contrarium, eamq; ob causam nullo modo imitandum, sed abolendum et execrandum, ostendam.

III.

Ex ORATIONE X.

Dicam autem, quàm brevissimè potero, et validissimis argumentis confirmabo, nihil à Papiniano potuisse prudentius, nihil iustius, nihil fortius, nihil ICti amplitudine atq; authoritate dignius, nihil ad omnem memoriam commendabilius fieri, quàm quod Tyranni in fratre Getâ perpetratum homicidium excusare noluerit, fortissimeq; mortis discrimina proposita, et extremam necessitatem contempserit

IV.

Ex ORAT: 13.

Hoc itaq; unicum evidentissimis rationibq; confirmabo, ac non solum utile ac honestum, verum etiam summoperè necessarium esse, Principem et Gubernatorem Reip. humanioribus literis esse instructum, neq; sine illarum adminiculo administrationis clavum sustineri commodè posse ostendam, simulq; in ruborum illorum hominum ora conjiciam, et apertissimis rationibq; sententiam eorundem profligabo, qui ruditati Principis velum prætexere, et inscitiam scientiæ præferre conantur.

V

Ex ORAT: 16.

Dicam autem breviter, et quidem brevius, quàm res tanta

dici debeat vel etiam possit. At quid dicam? Dico, et, dum dicendi spirandiq facultas supererit, dicam, imperium hodiernum Germanicum Imperatoris Monarchiam esse. Arrigite nunc cum Gallo vestro aures, qui antea cristas cum eodem, Monarchiam esse, quam vos Aristocratiam, contendimus. Quid ita, inquis? percipies jam illicò. Verum, ne sententia nostra obscura cuiquam forte videri possit, sed omnibq clara atq perspicua fiat, adeoq omnium captui et intellectui sit exposita, duorum membrorum tractatione Orationis meæ filum pertexam, et intra eam, tanquam septa et cancellos, quoad ejus fieri poterit, totum cursum tenebo. Primum Monarchiæ gubernationes ex Politicorum disciplinâ et præceptis, contra quam Bodini Schola sentit, explicabo, easq caæ præsenti applicabo. Deinde adversariorum argumenta, pro Aristocratia, tanquam pro aris et focis pugnantium, verissimis ac firmissimis argumentis refutabo. etc.

VI.

Ex ORATIO: 19.

Constitui hodierno die istud mihi dicendi argumentum sumere, et nobilissimum hoc exercitii genus (venationem) à contemptu atq sinistro judicio hominum vindicare, deq eo, quid mihi potissimum videatur, verba facere, et, secundum proverbium, currentibq calcaria addere. Primum autem venationis dignitatem, deinde utilitatem cum incredibili voluptate conjunctam ob oculos vestros ponam.

VII.
Ex ORAT: 25.

De quib; reb; (hastarum ludos et equestrium certaminum spectacula esse revocanda) ut explicatius ac paulò uberius edisseram: primum vobis, A., exponam, quid dignitatis, quid gloriæ ac laudis in honestissimis Exercitationib; positum: deinde fructum et emolumentum, tum publicum, tum privatum, laudatissimi studii ac instituti cognoscendum dabo.

VIII.
Ex ORAT: 27.

In duabus partib; omnis mea versabitur Oratio. Primum firmissimis rationib; confirmatum dabo, id, quod nunc est et Appellatur imperium Germanorum, quod per Carolum Magnum ad Germanos translatum, quod ab Ottonib; Saxoniæ Principib; amplificatum, quod â Fridericis defensum, et â cæteris eorum successorib; conservatum, quod deniq; ab Austriacis Ducib;, felicissimis Cæsarib; vel ad hæc usq; tempora propagatum est; verum et genuinum rectissimè dici et esse Romanum Imperium. Deinde quasi manu consertum ibo, eaq; omnia, quæ quoquo modo olim huic Reip. ablata, quæq; non modo fraude et dolo, sed etiam vi atq; armis abrepta, et quæ præterea Cæsarum vel negligentiâ amissa, vel quavis aliâ ratione distracta et alienata ab imperio sunt, æternâ imperii authoritate atq; jure obligata esse evincam, evicta, tanquam clarigatione aliquâ factâ, voce ad omnes exterorum vicinias latissimè emissâ, repetam.

ANNOTATIONES.

Utiq̀ geminas secundum hoc exemplum nostrum ex aliis autoribq, iisq̀ sive priscis, sive recentioribq, proponendi formulas colligere et excerpere per profuerit multum: quid quod et expendere. Expendentibq autem has è Kirchnero adscriptas, sequentium venit in mentem, quæ annotationum solitarum loco damus.

Ex primâ quidem formulâ est animadvertere, quod sit valde pompaticum, artificiosumq̀ haud parum, materiam Orationis aliquâ verborum copia et circuitione explicare. Ubi id inter cætera facere attinebit, quod factum hic esse videmus. De suo ad dicendum alacri animo nonnihil vocatus erit Orator, dicendi scopus clarissimè ob oculos ponetur, conatus et studium dictione declarandum, decantabitur; phrasium varietas strepitusq̀ adhibetur, quæ ita tn̄ fiant omnia, ne illud vulgare appareat neglectum: Ne quid nimis. Verbo Oratoris instar jactet se dicturus, haud Thrasonis aut blateronis. Quâ in rebonum tutoq̀ sequendum nobis specimen hic præbuit Kirchnerus.

Secundâ docemur formula, secundissimè sic aliquando proponi cum per partes materiam exponimus: attento, ut in legitimas tamen partes tantum, easq̀ necessarias, atq̀ adeò non nimis multas, materia digesta adducatur, quæ sic se consequantur oportet, ut annulorum in morem cohæreant, pluresq̀ (forte tres, aut summum 4.) in medium allatæ, quasi chorum quendā scite adornatum exhibeant. Raťo ē, q̄ hic quoq̀ locum obtinet: qa. q bene distinguit, ut

uit, ut benè docet, ita benè dicit. Item: Ordo ubiq gratissimus est, et intellectus et memoriæ, quin et ipsarum aurium, ut oculorum deliciæ. Ita sanè et hoc loco partes Orationis non nisi principes, æquè bene inter se conglutinatæ, sunt productæ, quemadmodum ex verbis istis clarum evadit: Deinde sit ut maximè hoc Longobardorum statutum, tamen etc.

In tertiâ formula habemus exemplar Propositionis verbis æquipollentibus synonymiaq radiantis.

Quarta in formula determinatio Propositionis laudem habet, imitationeq est non indigna.

In quinta admirabilis est imitabilisq Propositioni præmissa ab Oratore confidentiæ suæ declaratio. Figurataq illa eapropter adhibita splendoris multum habent, et magnæ sunt efficaciæ. Dicam: inquit Orator, At quid dicam? dico et dum dicendi etc. dicam: Arrigite etc. Quid ita inquis? sequitur demum suspensio. Percipies etc. et tum ad ultimum ordo dicendorum membratim explicatorum, egregiè successit, cujus ordinis studium jam supra satis commendatum ivimus.

In sexta formula vide ordinem ibidem observatum: et insiste, cum tempus est iisdem vestigiis.

Septima etiam commendat nobis de nota meliore ordinis decus.

Pariter et octava.

Atq sic videmus, huic authori vel maximè istud placuisse, sua ut proponeret distributè, partitò atq ordinatè. Nam in plerisq Propositionibus una hac incedit via. Malim tamen nec hac in parte Oratorem una oberrare chorda; sed alio atq alio, ut facile argumenta pro-

mittent, in proponendo utatur modo. Nam, ni fallor, ex hac quoq artifi-
sâ varietate arte valens cognoscitur Orator, sicut ex ungue Le[o].

Sectio XI.

Formulæ proponendi Ex Barlæanis Orationibq descriptæ.

I. Ex Oratione de Ente Rationis.

Etenim, cum hactenus, quotquot vel legere vel audire contigit Orator[es] de rebus omnibq dixerint, ego novitate aliquâ vos afficiam, de nullo re dicam. Quid stupescitis? nec tamen de nihilo. Dicam tamen ... quædam subtilius. Quia aliter se tractari non patitur id, de quo dicere institui. Quædam ad delectationem: ne suo condiment[o] nostra Oratio, vester animus honestâ careat refectione. Plurima v[e]ro ad eorum utilitatem, qui Philosophiæ sacris operantur. Desider[a]tis, opinor, orationis meæ cognoscere argumentum. Nondum dicam libet enim paulisper vobiscum in atrio et peristiliis Orationis oberra[re]. Poëtæ fabulas vix triobulares, modò admirandâ Carminis majestate i[l]lustriores reddunt, modò incredibili dictionis suavitate, veluti Nect[a]re ac Myrothecio perfundunt, lectori ut placerent quas fecissent f[a]bulas. Viri Oratores, prisci juxta ac recentioris ævi res nauci et umbrâ asini viliores sæpe numero laudibq decantare amant, et ingenii pariter sui, ac eruditionis specimen circa illa edunt, qu[æ] in velabro teruncio emas, hoc gloriosum arbitrati, si è re vilissima maximam laudem consectarentur. Murium et ranarum pugn[am] ante tot secula lusit Homerus; Culicem et Moretum Virgiliu[s] Nucis miseram sortem Ovidius, est, qui muscam laudavit, L[ucianus]

ianus; qui Comam, Dion; qui calvitium Synesius. Non deest, qui Por-
celli Testamentum conscripsit, cujus D. Hyeronimus meminit; qui Gril-
li cum Ulysse dialogum, et asini aurei infandam calamitatem. In-
ter recentiores de laudibus anseris dixit Julius Scaliger, de Umbra Janus
Dousa: uterque in re naturæ quidem placita et exigua, ingentes ingenii
sui laudes explicavit. Heroëm Polypoda, quem Græci φθεῖρα vo-
cant, erudita dissertatiuncula æternitati consecravit, vir clarissimus Dani-
el Heinsius. Idem nunc Philosophis passim in suis experiri libet. Sed ex-
periri tantum, neque enim tantorum virorum egregios conatus exæquæ-
re nostræ opis est. Proposui de ente Rationis, ejus natura et indole dice-
re. etc.

II.

Ex Oratione

De ente reali.

Quare alienum minimè fuerit, Philosophum, qui inter tristes categoriarum
vultus, inter Prædicabilium macilentam quincuncem, et Syllogismorum for-
midabiles ordines ætatem degit, amæniora loqui, et, mutato nonnihil Phi-
losophandi genere, spatium exposcere dilutiori sapientiæ. Dicam de ar-
gumento quale nunquam ausus fuit tractare Demosthenes, nunquam Cice-
ro. Cujus formulam nec Theon, nec Aphthonius, Sophistæ tradidere. Altum
de eo silentium in Suasoriis et controversiis: altum in Fabii declamationibus.
Et tamen illud, de quo dicam, oculis omnes usurpatis, omnes manibus tan-
gitis, omnes pedibus calcatis, imò vos estis ipsi. Nullum aliud natura
parit, nullum aliud ars format. Volat in äere; in aquis natat; inter-
ris repit, in aulis superbit; in castris militat; in Scholis disputat. Grave

est, leve est, neutrum est. Imperat, paret, otiatur, laborat: vendit, emit
fallit, mentitur: equitat, navigat: sedet, stat, jacet, currit: Mas est, fœ-
mina est, virgo est. Breviter, ejus compendio cœlum, terra, superi,
infera; totumq hoc universum absolvitur. Eo sublato, periit Senat.
et Civis: Orator et Auditor: Mercator et Institor: Curia et Schola,
la et Princips: cum Rege grex, cum utroq lex. Nondum scitis,
nor, de qua redicturus sum. At jam dixi. Quiq alias ens rationis
in scenam produxi, habitu ridiculo; jam rem, sive ens reale, vobis
dabo eodem amictu. Quod dum facio etc.

Annotationes.

Dantur omnino, è viris eruditis disertisq, non veterum minus, quam
recentium exempla scriptorum, qui, vel semetipsos, vel alios oblectan-
di causa, de rebus minus solidis, commentari atq dicere institu-
re. Et Sophistæ quidem eloquentia olim maximè clari, valde de eo pro-
videbant, ut Orantes de talibq audirentur paradoxis, quæ etiam â ne-
mine prius tractata fuissent. Sic enim putabant, ipsa se novitate
detenturos auditores, majoremq sibi admirationem conciliaturos. In
quorum vestigiis pedem ponere placuit Cl. Barlæo, duas illas de
rationis atq reali ente Orationes recitaturo. Neq verò jure improba-
ri poterit, si idem aliquis, alacris homo ingenii (quo cum primis o-
est in ejuscemodi negotio) aggrediatur. Et tum ubiq ad auditoru
animos devinciendos devincendosq accommodatum erit, hoc Ba

ei attento exemplo, exempla Oratorum, de ejusdem generis in-
sitatis et inauditis argumentis qui dixerunt, afferre in medi-
um, istisque hoc ipsum præsens aggregare, at, quia ab Orationum
initiis ferè pendent auditores, (hoc est, attenti atque propensi sunt
ad auscultandum, ut se dederint initia) ideò in proœmio sunt hac
ratione excitandi ad admirationem, ut modo leviter promatur
thema, modo iterum promatur, et, ut verbo absolvam, ænigma-
tis instar, res, de quâ sermo est habendus, proponatur. Qua
gratiâ non attinet plus edisserere, dum exemplaria hæc Barlæ-
ana satis lucis afferant. Mille instar queunt esse illa duo,
uneque ab hoc specimine abundè disci potest omnium similium
exordiorum et propositionum ratio. Huc tantum oculos adver-
tè intentè, hic habita lustrando, mentisque defige aciem. Nihil
magis juvare potest, quam isthoc fecisse. Verbum non addimus.

SECTIO XII.

ex
Martini Hortensii,
de oculo ejusque præstantia,
Oratione
enotata proponendi formula.

Verum, dum ortum Philosophiæ et mirandam hominis naturam vobis enarro,
mirabimini fortasse et ipsi, quorsum hæc tendant, aut quid proœmio isto in-
ceptem? Dicam ergo quod res est, neque per ambages, aut longa exorsa vos cir-
cumducam. Cum dudum animadvertissem indefessum veterum Philosopho-
rum in perscrutandis rerum proprietatibus laborem, et partem studiorum
ipse quoque posuissem in contemplatione mundi majoris; neutiquam ab

animo meo impetrare potui, ut non simul aliquam insumerem operam

in cognoscenda humani corporis structura, et præsertim earum par

quæ professionem meam propius tangunt, aut in quibus aliquem ejus

debam usum. Cumque occasio daretur verba coram vobis faciendi, non

am dicendam materiam censui, quam quâ ad eundem illum scopu

collimarem, et rem cognitu dignissimam proponerem. Non expecta

à me totius hominis descriptionem: neque etiam ut animæ humanæ a

randa explicem. Copiose enim et præclare ea de re disserentem

per audivistis clarissimum et conjunctissimum nobis Collegam Domin

Casparum Barlæum. Non agam Medicum, ut aut ordinem nutritionis

aut temperamenti et humorum qualitatem, aut generationis arca

enarrem, nec Pictorem; ut externam membrorum venustatem perse

Sacris Hypocratis initiatus non sum; neque penicillum Apellis, aut sc

prum Polycleti unquam tractavi. Sed quia partem illam Matheseos,

quam Opticam vocant, publicè posthac, Deo dante, explicare decrevi; Opticus

hac vice ero, et solum Oculum in scenam producam, partem humani cor

poris uti nobilissimam, ita et summè admirandam, ob luculenta, quæ in

eo videmus, providentiæ divinæ vestigia. De illo in præsentiarum disser

animus est, et, quam inter cætera membra habeat peculiarem em

nentiam, appendere etc:

ANNOTATIONES.

Minimè est à re alienum, aut nimis remotum, cum à generali

quibusdam dicendi fit initium, ut sensim videlicet ad speciale o

tionis argumentum sermo defluat: Sed cavendum tamen tunc esse m

ne circa generale illud dictio nimis extendatur, ita ut
Prooemium justo excrescat longius. Quin verò praecidendum po-
tius est hoc exemplo filum, quod hic versatur ob oculos. Vide
et attende tantum verba isthaec: Verùm dum ortum Philosophiae etc:
Dicam ergo etc: Neminem utique ea res fugit facile, sed eam
de commonere hic certè est oportunum; quod nimirum ordine fiat,
cum paulo etiam diligentius in exordio exponitur, et quâ occasi-
one, et quibus caussis sit impulsus aliquis, ut eo de velit verba fa-
cere themate, quod se ad tractandum suscipere velle proponit.
Id quod hocce loco in medium afferre Hortensio ut providè placuit;
ita nobis sanè placet alio quoque adhiberi. Verba eò prolata per
se sunt clara, et in oculos se ingerunt, mentemque, quantumlibet
â nobis digito haud monstrentur.

Quae hic se porro offerunt animadvertenda, eorum videlicet, quibus de
non dicetur, remotior, et definitâ ac determinatâ illius rei, quâ de in
Oratione agetur, indicatio, ut eruditè scitèque sunt conformata; ita eru-
ditis scitisque capitibus non possunt non arridere. Illa istis instituitur verbis:
Non expectabitis â me etc: Non agam etc: Haec: Sed quia partem
illam Mathesios etc.

Sequitur demum specialis etiam ac disertissima propositi intimatio.
De illo in praesentiarum etc: Hac verò eat viâ, qui regiè vult adi-
re ad suum thema, de quo constituit audiri.

Sectio XIII.
ex Oratione

Georgio â Wicelio
in laudem linguæ Hebraicæ
habita
formula proponendi excerpta

Si nunc infantiæ, juxta ac inscitiæ meæ, auditores candidi, ratio
haberem ullam, profectò quidvis citiùs facerem, quam in e
conscenderem locum, in quem video doctorum hominum cùm sur
ctas aures, tum conjectos oculos. Quo fit, ut nisi inde expectatio
omnium anxiè satisfecero (ut non ignoro periculum) et ronchos
feram minimè injustos, et vobis horam, sumptum quippè stigm
isto sermone suffurer. Verùm, cum considero, qua de re verba f
re statuerim, et animo meo contemplor, quam cupidè id vos au
gestiatis: Non equidem possum non audere, atq; quod volebam, i
medium proferre, confidens, vestrum favorem, magna ex part
parvitatem dicentis adjuturum. Res ea, crede mihi, dignissi
est, ad quam prædicandam atq; ordinandam eloquentissimoru
quorumcunq; ora certatim exerceantur, idq; non rei per se sati
datæ, sed studiosorum ad amorem atq; admirationem hujus ra
dorum, gratia. Dicturus enim sum de linguæ Hebreæ majestate
eminentia. Hanc cum majores haud abs re sanctam dixerunt
eandem ad religionem pertinere certum est: Non paulo decenti
professioni meæ fuerit, in ejus versari laudibus, quam si au
fictum aliquod

fictum aliquod, pro Scholæ more declamarem, aut aliquem Heröa assentandi studio, celebrarem, aut eventum bester-num lucri spe defenderem, aut in hostem odii dictamine in-tonarem.

ANNOTATIONES.

Cum magnum quiddam sit, atq; arduum, sedentibq atq; tacenti-bus aliis, ad dicendum surgere, atq; audiri velle: est utiq; æquissi-mum dictionis tale argumentum afferre in medium, quod audien-tiæ honorem operamq; si non superet, certè æquet. Illud quærere sine dubio oportet, quia vix se offert sponte. Qualecunq; vero etiam selectum fuerit, sic ornare verbis in proæmio istud convenit, ut vi-deri non possit non selectissimum. In quem sensum de suo item themate Wicelius prælusit magnificè satis, an verò sit cum re dignum, tum dicentis personâ, sive in argumenti laudem, sive in sui ipsius commendationem, an jactationem? sic præfari, sicut fecit non nemo (cujus honori parcentes, viri eximii nomen modo premimus) qui de Linguæ Hebrææ præstantiâ quoq; edisser-taturus, in hæc illicò verba erupit: Linguam deinceps Hebre-am, vobis Auditores propositurq. Pauca de insigni ejus præstantiâ, præfabor; quam nisi vobis probavero, et linguam istam, et me ejus interpretum, ut fistulâ pastoritiâ exibiletis et explo-datis, non renuerim; eo de cogitandum censemus. Egregius verò

ille Tyro, cujus formulam Exordiendi et Proponendi adscripsimus istac ratione, quam accepimus prolocutus, decori videtur fuisse planè observans. Cujus illud etiam Oratoris artificium, sic expressum, non possumus non laudare, quod clarissimè præ se ferat, quomodo et suæ existimationis, et auditorum utilitatis, valdè benè memor fuerit, ne non de aliquo non minus se, quàm audientibus digno argumento edissertaret. Quâ in re extollenda generatim primò præcinit, tum eam clarè tandem speciatim exprimit. Quid? quod per remotionem clarè ostendit, se decentius illo de, quàm alio peroratum themate, materiam pariter, pariter se artificem eâdem operâ insinuans. In quem modum ubique quidem se Oratoris exserere debet, hoc est, in totâ Oratione ad admirationem; prudentia, at verò multò maximè, conciliandæ benevolentiæ ergo in vestibulo, in limine quodam offendere, offensionem ciet maximam.

SECTIO XIV.

ALIÆ PROPONENDI FORMULÆ MISCELLÆ

I

Sed fateor, in proœmio hocce paulo sum evagatus prolixius, quàm volebam: Verùm arbitror tamen rei tam gravis, quam nonnihil fusius explicare oportuit, æquissimis æstimatoribus vobis minimè ingratam fuisse edissertationem hanc nostram. Ad propositum a. accedo è vestigio, ne videar ambages nimiopère consectatus.

II.

Ac, ne longiori vos suspensos teneam Exordio, rem ipsam aggrediar, id acturus, ut ne vestram in audiendo patientiam onerare voluisse videar inconsideratus.

III.

Sicut in aliis vitæ partibus, ita et in studiis et dicendi ratione plerumque contingit, ut juvenes quidem nitida, et ad pompam ostentationemque accommodata; senes a. utilia magis et fructuosa delectent. Itaque et ego, florente olim ætate meâ vix aliud quicquam magis aucupabar, quam omnis generis in dicendo lepores atque Elegantias, ne non, cum habenda esset Oratio, abundè eas expromere possem. Verum, ut ætate, ita consilio commutato, non tam oblectatura, quàm profutura magni nunc facio; et istud publicè in præsens isthoc declaraturus sum exemplo, dum, ne tam disertus vobis videar, Auditores, qui ad me audiendum benevolentissimè confluxistis, quàm honesti bonique studiosus, in id operam unicè dabo, atque adeò, ut vos, me benignè audito, non tam certè suavibus aliquibus prurientium aurium irritamentis deliniti, quam acribus bonæ mentis incitamentis impulsi, pedem hinc efferatis. Dicam autem etc:

IV.

Ac mihi quidem, et cujus rei causa hunc locum conscenderim, et apud quos verba faciam, non immemori, sic prorsus videtur nullo in argumento commodius meam versari posse Orationem, quàm si literarum disciplinam, bonarumque artium culturam, non

ornamentum solum maximum, sed et præsidium firmissimum, bene constitutis Rebuspublicis afferrem, tum adhibitis rationibus, tum inductis aliquot lectissimis exemplis ostendam. Non quod vos non tantum omnium rerum, maximè a. harumce, quæ ad dignitatem et utilitatem, sive ad salutem incolumitatemque publicam faciunt, gnarissimos auditores ista fugiant, quæ sum prolaturus; sed quia sic mihi me procul dubio vestrum favorem conciliaturum video, dum certò proceatâ aliquâ apud animos vestros voluptate, ea vobis aliud agentibus ingerentur, quali quali commemoratione nostra institutâ; quæ, cum de iis serio cogitationes suscipe est risum, tenetis tam verè atque nomen vestrum. Eo igitur, inquam, collineabit Oratio nostra, uti, quemadmodum dixi, idem declaratum luculentissimè.

V.

Quæ cùm ita sint, statui hoc tempore, quædam de etc: in medium afferre, vobisque, quoad possum, firmiter persuadere, quod etc:

VI.

Quibus de hucusque breviter sum præfatus, ut paulò liquidum evaderet, quanta dicti vitii sit turpitudo, à quo etiam ea proficisci damna (quæ verbis vix explicare licet) jam jam ibitur ostensum pluribus etc:

VII.

Patiamini igitur Auditores, me illa, quæ huc faciunt, in medium afferre, vobisque ad diligenter expendendum proponere. etc:

VIII.

Agite itaq; excutiamus hæc penitus, et despiciamus an &c:

VIIII.

Enimverò, ut clarius adhuc videre non nequeatis, quam graves sint et justæ causæ, quæ nos ad illam curam impellant, solicitudinemq; pace vestrâ, illos ordine enumerabo et recensebo &c:

X.

Longum foret omnia exequi. Sed ego in præsens breve faciam, tantumq; paucis perstringam hæc capita. Prima nobis Oratio erit de &c: mox dicam &c: deniq; probabo &c: Has inter me contineo lineas, nec evagabor extra oleas.

ANNOTATIONES

ad 1. form:

Solent utiq; aliquando proœmiari longius Oratores, re scilicet repetitâ altius: sed tum benè cavendum, ne quid fiat nimis: Quo facto: cum nempe res istud exigit, nec modus est neglectus, dirigere demum ad metam oculum oportet, ita, ut et, quod factum est, indicetur apertè, excuseturq; decorè, et res ipsa tandem disertè proponatur, de quâ agendum in Oratione suscepta. Utriusq; exemplum, si vis, intuetor hic iterum iterumq;

Ad 2.

Protractum longius sic abrumpere Exordii filum est et suetum et probabile, intimando quidem insimul propositionem, et adjungendo moralium aliquod emblema, quale hoc est: ut ne vestram &c:

Ad 3.

Ejusmodi modum circa propositionem, cum extollitur, jam supra laudavimus aliquoties, cujus tamen et hoc exemplum ante oculos hic statuere visum. Ne dicam n. moratè sic se

commendaturum Oratorem, minimèq; indecenter gesturum, si in talem sensum locutus fuerit, quem formula præscribit; planè decenter sanè idem tractabit Auditores suos. Et sic se res profectò habet, quod juvenes pompæ sint amatores, sectatoresq; senes multò potius utilitatis. Ut verò illis non illico eapropter debemus irasci: ita hos magis in oculis ferre. Atq; hi se non possunt non jure commendare Auditoribq: illi putant se suâ Oratione adeò non fore ingratos, ut futuri sint gratissimi: at fruantur juvenes suo sensu: Senum autem placeat.

Ad. 4.

Explicatio argumenti in quo occupata erit Oratio, tam manifesta satis est artificiosa, etsi nihil est artificiosa, modo ramentum aliquod accedat, sive ab acumine, sive â moribq, quale hic simul effulget. Ad 5. et reliquas.

Ejus generis simplices proponendi formulæ omninò connotentur, ut, cum sæpius est dicendum, cum aliquâ sermonis veritate, non nequeamus proponere. Hoc pacto tantam certò collecturi apud audientes, id animadversuros, gratiam, quantam ex ornatissimo quoq; proponendi modo, sive sæpius, sive semper, at semper cum nauseâ, repetito. Sed de his formulis satis: conquirendæ alius item sensus ususq;.

SECTIO XV.
ATTENTIONEM SOLLICITANDI
Formulæ triviales
Cum suis annotationibus et notis.

Quod dum facio, à vobis omnibus, Auditores, eruditorum optimi, et optimorum eruditissimi, ardentibus et flagrantibus contendo precibus, ut perbreve temporis spatium, benevolarum aurium ædes mihi locetis vacuas, atque meam hanc Oratiunculam, brevi stylo ac filo contextam, nullis figurarum luminibus illuminatam, perpolitamvè, nullâque arte limatam, haud oscitanter, sed libenter et patienter, adeoque et animis et auribus propensissimis æquissimisque audiatis.

[Semel ejus soni tonique formulam fortè satis erit usurpasse. Nam utique tritum est, de aurium ædibus locandis, verba facere in hanc sententiam.

II.

Te vero, Juventutis studiosissima corona, ut cursum Orationis nostræ, tui favoris et attentionis diligentissimæ, æquitatisque studio, tanquam optatissimis remis et velis, adjuves, majorem in modum peto.

[Tralatitium item est, remorum et velorum hic meminisse: ut et hæc cantilena vel non sit frequentanda, vel potius missa facienda.]

III.

Etsi verò nihil dubito, Auditores, quin pro singulari vestrâ benevolentiâ atque humanitate, aures vestras, animosque mihi

sitis haud gravatim præbituri: id tamen ut faciatis, pro more consuetudineq; vos oro rogoq;.

[Ut audiatur equidem hæc, aut sensus hujusce, formula non raro: non est tamen indigna quæ audiatur sæpius: vel iisdem, vel paululum commutatis verbis. Fastidium vix facilè creabit, quia simplicior est, et tamen morata. Sic enim et panis obrius nunquam non palato est gratus: cum tamen ciborum aliorum, ac maximè mellisq; et saccari dulcissimi, nos cito capiat satietas.]

IV.

Illud modo â vobis, antequam ulterius provehar, summopere contendo, ut, quando mihi omne perfugium in vestrâ bonitate et clementiâ situm est, tenuitatem meam vestro favore et silentio sublevetis: quo mea Oratio his veluti secundis subvecta ventis, quem sibi proposuit, portum facilius consequatur.

[Nihil sanè hâc formulâ pervulgatius: ideoq; audita adeò non acuit aut allicit aures, ut eas hebetet et avertat. Utatur igitur eâ qui volet: nos aliâ de prospiciemus nobis.]

V.

Quocirca, qui adestis, ut me de hoc argumento quomodocunq; disserentem favore vestro sublevetis, gratiâ juvetis, benevolentiâ confirmetis, assensu et judicio sustentetis æquissimo, quantâ possum animi contentione atq; studio, quantaq; debeo cum observantiæ significatione, ab universis ac singulis vestrûm peto. Ita enim futurum est, ut facilitate vestrâ in altum invecta

mare, Orationis cursum multo faciliorem sentêam ac solutiorem.
Sicut enim equorum impetus lætis acclamationibus redditur
alacrior: ita illis, quibus in aliquâ hominum frequentiâ est di-
cendum, auditorum benevolentiâ animus additur.

[Satis pauca multis, at præstat profectò, paucis semper mul-
ta. Nam, quid opus est tanto strepitu. Imo, nostro, fateor, sali-
vam non movet palato, quisquis sic desultoriè (ut ita loquar)
verba facit, mutatque Metaphoram nullo consilio aut necessitate,
sed, pro libidine, ab unâ convolat ad aliam: quemadmodum hic
fit. Namque de Orationis cursu in alto instituto, formula primum
tinnit, mox cum equo in campum descendit. Hoc, ni fallor,
est plus quam ab allio ad cepas dilabi sermone. Affectatio illa
est et ferè levicula, sicuti Simia quam similis turpissima bestia
nobis. Posteriori tamen formulæ parte, ab equo petitâ, non erit
seorsim uti ineptum, imo aptum et accommodatum, si is,
quem deceat, suo id faciat loco.]

VI Interim â vobis omnibus et singulis præsentibus peto, ut mihi
hoc loco breviter, et balbutienti potius, quam dicenti, benignas
præbere aures dignemini.

[Sic petat benevolentiam et audiendi facilitatem tyro ali-
quis, non ei similis quo de Poëta:

Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
Conspexêre, silent, arrectisque auribus adstant:
Ille regit dictis animos, et pectora mulcet.

VII.

Vestri A. muneris erit, ut, quam aliis, qui ex hoc loco verba fecerunt, attentionem ac benevolentiam concessistis, eandem mihi ne denegetis, meiq; ingenii tenuitatem, ac dicendi infantiam, vestro favore sublevetis, quo causam susceptam, quæ magnum in se momentum continet, quâ possum, dexteritate expediam.

[Profectò communis hæc est formula, nec usurpanda facilè, nisi apud mediocris conditionis Auditores. Auditorum enim honoratiorum aures, verba officii studiiq; pleniora requirunt.]

VIII.

Sed, antequam dicam, quæso obtestorq; vos, tribuatis mihi beneficium, ut, dum hæc summatim persequor, Orationis meæ cursus, aurâ lenitatis et facilitatis vestræ adjuvetur.

[Simplex, nec absurda benevolentiæ captandæ ratio.]

IX.

Faciam, quod imperatores instructâ jam acie solent. Quanquam enim paratissimos milites ad præliandum vident, eos tamen adhortantur: Sic vos ad audiendum erectas et alacres habere aures, ut perspiciam: vos tamen ego, ut me de materiâ jam indicatâ dicere gestientem, cupidè et attentè porrò audire non gravemini, valde oro rogoq;: Namq; etiam Acer et ad palmæ per se cursurq honores Si tamen horteris, fortius ibit equus.

[Cur non aliquis hac formulâ utatur literis consecratus, suos apud commilitones, non video. Imo benè video eam opportune sic adhibitum iri. Namq; similes habent labra lactucas, eruditionisq; cupidæ aures, eruditas dapes.]

X.

Peto autem â vobis summopere, Auditores, per ipsam, de quâ dicere constitui Eloquentiam, quam vos et maximi facere, et summo studio excolere non nescio, ut studium meum, de ea verba faciendi attentione vestrâ excitetis, attentionemq́ silentio indicetis.

[Per ea, quæ chara sunt, aliquem obtestatari, nihil est notius, et hic utiq́ locum etiam habet. Ejusq́ obtestatio generis scitè aliquando desumitur ab ipso argumento.]

XI.

Quâ de re quæ possum in splendidissimo hoc atq́ ornatissimo tantorum virorum consessu, pauca in medium afferam, atq́ vulgaria quædam. Nam et ætas puerilis, et ingenium minus subactum, ut et infirma memoria obstant, quo minus aut valdè erudita, aut multa proferre queam, vos, quæso, benevolè attendite, et omnia æqui boniq́ consulite.

[Minorum aliquis gentium de Scholâ, et Tyro, omninò rectè se geret, sic aures digniores procatus et precatus.]

XII.

Quin sic mihi persuadeo, me in vestrâ humanitate haud mediocrem oneris mei levationem, inventurum eë. Quam ~~meam~~ meam de vobis spem ut exigui temporis attentione sublevetis, bonâq́ cum veniâ me audiatis, majorem in modum vos oro et obtestor. [Tros Rutilusve fuat, qui hanc usurpabit formulam, facilè impetrabit audientiam, si cætera, quæ attulerit, æquè sunt futura auditu digna.]

XIII.

A vobis itaq; Musarum patroni, viri verè Apollinares, à vobis orant quâ possunt, observantiâ, humanitatis literarumq; studia, à me omni studio depredicanda (sinite, quæso, ut exorent) ut audiatis me, quem miserunt Legatum à latere, Oratorem suum, talem qualem, ferendo leniter tenuem meam in dicendo facultatem.

[Lepidum caput aliquod festivumq; in joculari Oratione, apud sui similes, tali utatur sermonis genere: alius alio loco ab eodem abstineat, prudentia enim non minus est Rhetorica nostra, quàm ars; Cujus sunt artis appendix formularum Ecclogæ, hic corrasarum. Quæ verò ad benè dicendum item est comparanda, prudentia in eo consistit ut pernoscatur cùm præceptorum, tum universæ dicendi supellectilis usq verus.]

XIV.

Quia vero multum in vestrâ benignitate est positum, audiendiq; facilitate, etiam atq; etiam peto, idq; quâ par est, reverentiâ, ut mihi non Nesterium in modum eloquenti, sed verborum pompâ gyrisq; omissis, ut & rejectis sermonum picturis & lenociniis, omniq; sententiarum complu, verba facienti, ac verò balbutienti potius, vacivas aurium vestrarum ædes reseretis, et auscultandi benevolentiam præbeatis & præstetis: qui certè summis quoq; contendam viribq, & obnixè operam dabo, ut, cum Orationis brevitate, tum perspicuitate fastidium omne leniatur, & nausea abigatur.

[Arridebit fortè aliquibus haec forma: nobis non sanè utique: nam quis audiat patienter, nisi ab eo, qui recens è Schola venit, sive adhuc ibidem est sub ferula, allatam? strepera, ut verbo dicamus, est nimis, affectata nimis, et eo cum molesta, tum ridicula. Quo inani verborum superfluorum Choragio adeò non impetratur apud accuratas aures auscultatio prompta, ut amittatur. Neque non tamen, ut in arboribus ad tempus fertur luxuries, signumque bonae est indolis: ita tam copiosam et verbosam aurium conciliandarum rationem in juvenibus facilè tolerabimus. Quanquam quis eâ de sensus sit noster, jam satis perceptum.]

XV.

Theseum ferunt, A., Ariadnes ope in penitissimos irremeabilis aliqui Labyrinthi recessus olim ingressum, exiisse inde facilè ac feliciter. Ex quo utique conjicio, nec me nisi vestrae aurâ et favenio benevolentiae, quasi filo Ariadnaeo adjutum, ex hoc, quem ingredi debeo, dicendi Oceano amplissimo, posse egredi. Quo nomine eum in modum vos rogo, ut majorem in modum non possim, quo me ex optatissimo aequitatis vestrae auxilio ita dirigatis et provehatis, ut omnes et singulas syrtes commodè praetervectus, ad quem contendo, portum appellere liceat secundissimè.

[Utcunque absurdi sit nihil his in verbis, imò eruditi aliquid in se contineant, non iis tamen ad auscultationem obtinendam utatur aliquis, nisi apud literarum studiosos verba

faciat, inq; literarum circo, hoc est, in Scholâ: in foro namq; et in Curiâ, ut non sint literarum ignari Auditores, qui talia percipiunt, nihil tamen tale ibi expectant, imò id genus omnia, tanquam â loco aliena, repudiant, tantò magis eadem tum aversantes, quantò sunt doctiores, ut tantum, quae sunt aptissimè et accommodatissimè prolata, approbent.

SECTIO XVI.

AUDIENTIAM FACILEM PRECANDI Formulae aliae hinc et inde collectae, eaeq; selectiores :.

I.

Quâ de aureâ et satis nunquam laudatâ virtute, de Veritate, inquam, ut potero, dicam, quantum penes eam sit bonum, ut tenui, at veritati accommodatâ et propriâ, demonstrare allaborabo Oratione. Vos A. ut pro solitâ vestra benevolentiâ, ad exigui temporis momentum, benignas mihi praebeatis aures, etiam atq; etiam rogo.

II.

Etsi nihil utiq; adeò egregium ac auribus vestris dignum afferre in medium queam: conatus tamen hicce meus cum observantiâ et obediendi studio conjunctus, â vobis, ut spes est, gratiam, atq; exigui temporis attentionem impetrabit haud difficulter.

III.

Quod dum facio et spero, et quod vultus in me benevolè conjecti vestri conspectus, quasi jubere videtur, planè etiam

confido, non nisi benignè attenteq; me auditum iri.

IV.

Hoc exequenti præstate, quæso, sicut cœpistis, quotquot adestis hic loci, et audientiam, et faventiam, studiis, quibus unquam potero, omnibus demerendam.

V.

Vos jam ego omnes et singulos, quo possum studio, oro atq; obtestor, ut me tam benignè atq; attente audire non dedignemini, quam soletis ferre eos, qui de rebus audiri dignis apud vos verba faciunt. Quod si, ut nullus dubito, ab humanitate æquitateq; vestra impetravero, faxo, ut intelligatis, quam à vobis nec volui, nec potui, orationis multo ornatu, ac singulari elocutionis pompa extorquere gratiam, veritate et candore dictionis ut obtinerem, omnibus viribus me in id allaborasse

VI

De quibus, ut me dicentem (quid dico dicentem? quomodocunq; potius pro virium mearum tenuitate, edisserentem) benignè et patienter audire haud gravemini, etiam atq; etiam vos oratos volo.

VII.

Hoc interim à vobis summoperè tantum contendo, ut quæcunq; audituri estis, æqui consulatis, boniq; quid? quod et illud, quod minus politum absolutumq; videbitur cum temporis brevitati atq; angustiæ, quod mihi me ad dictionem parandi ergo est concessum, tum, ac præsertim verò, meæ in dicendo facultatis, quæ utiq; paucis est data, adscribatis.

VIII.

Pravete verò inquam, non voluntati solum meæ, eam ad rem de quâ dicere est animus, adeò utiq; propensæ, ut propensior esse nequeat, sed et facultati, eandem sermone explicandi non satis idoneæ deprehensæ; hoc est, conatum meum tanto negotio imparem, sapientiæ et humanitatis vestræ subsidio, benevolentissimè adjuvate.

IX.

Quod dum ulterius sermone prosequi pergo, vestram ego A., eâ quâ par est, modestiâ et observantia, benevolentiam mihi propitiam opto exoptoq;

X.

A vobis peto, Auditores, vel summis potius contendo precib9, ut quâ me attentione et benevolentiâ audire cœpistis, porrò quoq; Orationem hanc continuantem prosequi ad finem usq; nihil gravemini.

XI.

Quod dum facere aggredior, plus me oneris tollere velle sentio, quàm cui sim ferendo; sed feram tamen, opinor, si illud benevolentiâ vestrâ atq; attentione, ex parte alleviaveritis.

XII.

Hæc dum leviter, ut possum, expono, humanissimè et comiter, hoc est, more vestro me audiatis, pervelim.

XIII.

Vos quæso A. excitate atq; expergisfacite animos vestros, quæq; de re tantâ, quantum benevolentiâ vestrâ fretus aggredior

aggredior, sum prolaturus, ut penitus percipiatis, operam date:

XIV.

Quâ in sermonis telâ pertexenda dum versor, â vobis A. peto contendoq; ut, qua estis humanitate, me porrò attentè et benevolè audiatis: mihi id erit curæ vel maximè, ne plus molestiæ Oratione longius extensâ, quàm jucunditatis, opinione celerius abrupta, vobis me afferre voluisse videar.

XV.

Quod dum porrò dicere exequor, ut me cum silentio et favore audiatis, amanter reverenterq; peto.

ANNOTATIO.

Non equidem singulares aliquæ artes, ac nova quædam exempla, his in formulis universis atq; singulis occurrunt, ut eapropter valde admirabiles videri queant: sunt tamen et qua materiam, et qua dictionem sic comparatæ, ut satis sint probæ, imò non possint non approbari. Benè verò usurpabuntur ferè omnes ubiq; h.e. â quibuslibet, ac in nullâ non Oratione, cujuscunq; fuerit argumenti. Cujus generis formulas (si fas est ita dicere) panem vocabimus Rhetoricum, sicut enim hujus esus ususq; locum habet in mensis omnibq, et quibusvis ferculis est consentaneus, ita formulas hasce plerasq; omnes, tantum non cujusvis Oratoris et Auditorii atq; thematis fert conditio. Si tamen in unâ alterave peculiare quicquam se offert, quod abit ab aliquo proposito, cui sit accommodanda formula isthæc, in proclivi est illud immutare.

Sectio XVII.
Audientiæ Petendæ Artificium Exemplis Siberianis declaratum.

I.

Siberus in Oratione de Poëticæ præstantia. Ac tametsi anno hoc illud ipsum argumentum tractari ex hoc loco meminisse potestis: tamen, quia unusquisq; in eâ, quam novit, arte exercere se jubemur, quæ autem bona et pulchra sunt, non semel tantum dicere, sed iterum atq; iterum inculcare, vel vulgi ipsius consensu, licet: non est cur fraudi mihi futurum putem, si de dignitate dicam, non divinitate! Poëticæ, quæ una omnium antiquissima Philosophia est, hoc tempore etiam in medium afferam, quæ si minus pro rei gravitate, at certè pro virium mearum tenuitate, idq; unius horæ curriculo diei atq; exponi commodè possit. Vid. reliqua apud Author.

Annotatio.

Proculdubio potenter inclinabuntur, flectentur, trahentur, hoc est, invitabuntur aures ad audientiam facilem, si argumentum scitè atq; venustè extolles, quod oratione audiendâ exponere animum induxisti. Quod suo etiam exemplo te docet hic Siberus, à quo alia atq; alia in laudem thematis sui sunt inducta, et sermoni passim inspersa; itemq; vero illud insuper depulsum, quod fastidium posset ingenerare, si inhæreret menti, hac

secum id nempe agitante, quod alio, ac non ita longo tempore ante, de eodem proposito sit auditum quicquam. Adjunxitq; is ipse egregius dicendi artifex superioribq aurium initamentis rectissime apertam propensæ auscultationis petitionem, quam pulchrè obtestatione gravi, et auditorum, encomio (gratissimo veluti acroamate) condivit. Legendo repetantur, verba omnia, idq; eum in finem, ut in digito commonstrata mens intendatur.

II

Idem in Oratione de Catharinâ.

Quod dum facio (divam Catharinam descripturus) quæso â vobis amanter et officiosè, ut quâ frequentiâ convenistis, eâdem meam Orationem benevolentiâ atq; attentione audiatis, neq; grave ducatis, exigui temporis usuram ei dare, qui nullam vobis molestiam creaturus est.

ANNOTATIO.

Quam simplex et curta formula! et tamen bona, quâ in cumprimis eminet illud moratum: neq; grave ducatis. Supra quoq; quam credi potest, est moratum, quos rogamus, eos argumento aliquo in medium allato commovere et impellere, ut hic factum benè.

III.

Idem in Orat. 3. Tom. 1. p. 48.

Quod dum ago, quæso â vobis Auditores humanissimi, ut me pro Philosophia, cujus sacris omnes initiati, disciplinâ eruditi estis, verba breviter facientem, æquo ac benigno animo audiatis. Ego, si minus consequar, operam certè dabo, ne vos auscultationis vestræ jure poenitere possit.

ANNOTATIUNCULA.

Plana item et haec formula, quâ in illud praesertim amplector, ... dictum; Operam certè dabo, ne vos &c: Similis tenoris sollicitatio non potest non esse in auribus audientium, et animis rectis, efficax. Eandem igitur nos aliquando adhibeamus eundem in finem.

IV.

Id. in Orat. 6. Tom. 1. p. 93.

Quo indulgentiorem veniam [debere mihi, ac planiore à vobis manu tributum iri confido, si in hac novâ, et in hunc diem insuetatâ, et ex hoc loco fando nunquam auditâ dicendi materiâ, De seculari solemnitate] non usque quaque vel vobis, vel mihi et ipsi satisfecero. Quicquid tamen argumenti hujus insolentiae ac novitatis est, operam dabo, atque fortasse praestabo quoque ut, si nullâ aliâ re, certè Orationis brevitate, et quadam, ut spero, etiam dexteritate, et mihi et vobis satisfaciam. Vestrum est, Auditores humanissimi, non solum auribus, sed multò magis animis adesse nobis, et quae pro re natâ, et concessa ingenii ac judicii copiâ, dicentur, bene benigneque et arbitrari et accipere.

ANNOTATIO.

Duo habemus in hac formulâ potissimum animadvertere, quibus mulcentur aures. Primum argumenti evectio super hanc communem argumenti conditionem, inculcatâ ejusdem raritate, imò insolentiâ. Secundum brevitatis promissio: Ne dicam de apertâ precatione et audientiae et veniae paratissimae, quae dixisse est commendasse ad imitationem. Itaque serretur

horum utrumq; mente memori, et usu exprimatur ubi locus
erit.

V.

Idem in Oratione de Cicerone Tom. 2. p. 25.

De quibus omnibus sive vitiis sive criminibus (quæ Ciceroni objiciunt) hac hora verba facere, quod benè vertat, et si benevolentia mihi vestra adesse voluerit, decrevi: Neq; est quod argumenti copiâ exterremini, novi incipere, novi et desinere, neq; unquam tam bellus in dicendo mihi videbor, ut non vestræ patientiæ rationem, quam debeo, habeam: tantum linguis ac potius animis favete, et de homine Romanorum optimo, doctissimo, eloquentissimo, barbarum balbutientem æquis animis audite.

ANNOTATIO.

Inexpectatum illud de materiæ copiâ metuendâ, et planè accommodatum, valdè mihi hâc informulâ arridet. Credo et omnibus, modo non sint Crasso difficiliores ad risum, aut crassæ Minervæ, in Eloquentiæ studio, homines. Et quorsum spectat ista objectionis profligatio? ad brevitatis scilicet omnibus amabilis pollicitationem. Hæc autem ad aures conciliandas quam faciat, ecquem facilè latet? Non a. fortè cuivis è vestigio in mentem venire tam inopinata talis objectionis mentio, quâ de hic opportunè commonemur. De cætero, cui non superet illud: Neq; unquam tam bellum et:

SECTIO XVIII.

Exordii Siberiani

In Oratione de patientia Christianâ

FORMULA PLENA.

Vellem ita ratio horum temporum tulisset, ut collegii nomine neq; superiorum dierum operas extra ordinem obire, neq; hodiernæ diei solemnia expedire necesse haberem; multis profectò partibus commodius mecum ageretur: nam quæ alii sibi honori aut voluptati ducere consueverunt, ea mihi, qui ut Græcè significantissimè loquar, ἰδιοπράγμων, aut, si quis alius, ac minimè omnium ἀλλοτριοεπίσκοπος ad hunc diem semper fui, oneri ac molestiæ incredibili esse solent. Neq; verò dubito, si verba nunc facere potuisset is, qui debebat, quin, ut est hominis festivum atq; amœnum ingenium, consessum hunc oblectare unicè potuisset. Nunc ego huic provinciæ nolens volens subii, qui, ut dicendi fortassis non imperitus sim, temporis quidem certè multo minus habui, quàm quantum ad rectè dicendum videtur res ipsa desiderare.

Verum, ut ille ait: Durum sed levius fit patientiâ
Quicquid corrigere est nefas.

Et ut verbis ejusdem Poëtæ Poëtam ipsum appellem:
Libenter hoc & omne militabitur Tibi

mi Taubmanne, nec ulla res tam molesta mihi accidet, quam tibi erogatam atq; impensam æquo animo non laturus sim. Tu interim, quod facis perfer & obdura, non si malè nunc & olim sic erit. Jam porro, Auditores, vestrum erit cognoscendi ignoscendiq; animum mihi ad modicum tempus non denegare. Et veniam quidem dabitis, si paucorum dierum spacio

ac planè tumultuariâ operâ congestam verius, quàm digestam aut
elaboratam Orationem huc attulero. Audietis tamen eam nihilo-
minus, atque etiam auscultabitis; quæ si minus tractatione gra-
tiam merebitur, argumenti certè genere attentionem jure suo
postulabit. Dicam enim non de Idæis Platonicis, aut Atomis
Epicureis; non de nive atrâ Anaxagoræ; et mundis innumerabi-
libus Democriti, quæ neque cognoscere maximæ utilitatis, et re-
futare maximæ difficultatis est: sed dicam de re omnium gra-
vissimâ, maximeque necessariâ, quæ tanquam herba saluberri-
ma ad omnes corporis atque animi ægritudines sanandas effica-
cissima, inventu perquam rara, atque ideo paucis cognita, pau-
cioribus gustata atque probata est. Quippe quæ sit flore sera, fo-
liis rara, adspectu ignobilis, odore insuavis, tactu aspera, gustu
amara. Quam herbam neque in hortis Philosophorum, neque in vire-
tis Medicorum, multoque minus in campis Politicorum, aut
latifundiis Jurisconsultorum reperias; in Solo monte Sionio,
ad radices ejus, et in paucis quibusdam Judeæ ac Galileæ
vallibus reperitur: ubi inæstimabili bonitate ac potentia, maxi-
mâque ubertate et copiâ provenit: Dicam, inquam (ne vos per
ambages diutius teneam) de Patientiâ Cristianâ: Quæ
profectò virtus, ut dici solet, herba rara est, et in paucorum
animis, tanquam hortis, benè pangitur aut excolitur.
Quod dum facio, quæso, ne quis aliorsum accipiat, neve

institutum hoc meum temeritatis aut Matheologiæ condemnet, quasi juris regundarum possessionum, tanquam Regionum pa-
rum gnarus aut memor, in aliorum subsellia irruere, et supra stylum aut clepsydram meam sapere instituam. Utinam tem-
pus mihi ad elucubrandum suppetiisset, ostendissem fortasse, ac re ipsâ planum fecissem, posse etiam nostri ordinis aliquem sine ap-
probatione. Sed nihil volo in principio Orationis odiosius dicere.
Vos A. æquis animis adeste, et permagni Lutheri nostri vestigia, quantum semper licuit, et nunc temporis angustiæ passæ sunt, ingredientem de patientiâ Christianâ, more non illo Oratorio et incitato, sed hoc Scholastico et temperato verba facientem, beni-
gnè audite, et in hac ingenii mei tenuitate tolerandâ aut sub-
levandâ, patientiam, Christianis hominibus dignam, adhibete.

ANNOTATIO.

Mirari quenquam nolimus, quod hoc exordii ita ad verbum ex-
scribi, atque transcribi voluerimus: sicuti et alia, eodem modo, supe-
rius fuêre annotata; adscribenturque porrò, pro re natâ, inferius alia. Namque privatis in excerptis id sanè locum habet; cum libris autem in publicum edendis longè est aliter comparatum: ubi istud utique habendum pro alieno et indecenti, quanquam sic ferè confectos in lucem publicam exire libros nimis quam multos, facilè animadvertunt lectores diligentiores eruditiores, ut ipsum veritatem dixisse quendam Professorem Lipsiensem,

Franciscum Scheidium, agnoscant fateanturq; qui non tam multa hodiè prodire scripta, quam transcripta, ait. Sed videant tales authores, vel potius fuci, seu Laverniones, quâ ratione suam tam ignavam aut pudendam operam tueantur: Nostris his Adversariis, ecquis eapropter jure adversabitur, quod multa contineant aliunde petita! Atq; verò etiam non consultum tantum ducimus, sed et necessarium, quæ esse possunt in exemplum, huc transferri; quia scilicet Rhetoristæ nostri ipsos libros non possident, quidam etiam eos sibi comparare nequeunt, ubi hæcce reperire datur. Quanquam autem in manibus omnium authores Orationum varii extarent, ex quibus tanquam ex fundis et fontibus aliquibus, has ecclogas instruimus, nec sine exemplo, nec sine consilio id fieret, quod aurea hujuscemodi Rhetorica inde eruantur: ne dicam, si unus atq; alter meliorum Oratorum integer describatur. Nonne enim Lucianus prodidit, Demosthenem, qui tantus demum evasit Orator, cum in studiorum positus fuit tyrociniis, octies manu suâ descripsisse Thucydidem; Quantus quantus ille est, Historicorum omni ex parte eloquentissimis, et maximè sententiosissimus! Quem id sine consilio esse aggressum qui opinatur, consilii ipse est homo nullius. Cujus quoq; Demosthenis scribendi

tam gravem operam non defugientis, uno alacriter admo-
dum suscipientis, et eâ toties defuncti, consilium Cælig lib. 17
C. 19. antiquarum lectionum scite proditum ivit, rem, sine
dubio, acu tangens, his verbis: Quo videlicet succulentiam
Thucididis omnem ebiberet, familior illi hacratione fact9,
sed nos tempore locoq alio, multis pluribq explicabimus, quam
sit utile et proficuum, scribendi describendiq labore multum ad-
suescere, eumq nequicquam horrere aut fugere. Verbo id
duntaxat adhuc perstringam, sed Pliniano: Cogitare (addo
loqui) demum poterit, scribenti similis: Quæ modo quasi præ-
ter viam â nobis sunt allata: ne non scilicet id excusatum
iremus, quod multa ex aliorum authorum libris huctran-
feramus, si quis nos temere forsitan accuset furti, cum im-
pudentis, tum imprudentis: Non tacemus sanè, unde quæq
sumimus, atq ideò dici nequit, quod invitis dominis alieno sub-
trahamus: Imò, cum honore, opum Rhetoricorum elargitores,
liberales, liberaliter nuncupamus, jure fruentes, quæ mutuo
dant. Verum ad rem. Ea in prooemio hocce Siberiano,
quod â capite ad calcem valdè elegans est venustumq, per-
quam morata occasionis explicatio, quæ Oratori se obtulit,
ut ad dicendum prodiret; ut et perdocta Thematis propositi

egregium præbent instar atq; modulum, ad quem similia possunt effingi. Intueatur aliquis utrumq; istud iterum atq; iterum oculis Rhetoricis. Erunt certè hi in amore et imitatione duces. Moribq ergo similibq; se omninò quispiam, re sic ferente com-mendet, quod nolens potius, quàm volens ad dicendum vene-rit, malueritq; multò magis, ut alius audiretur, se præstanti-or, significetq; se ad gratificandum aliis, tamen promptum paratumq; esse voluisse. Erit sic auditorio profectò commen-datissimus. Quæ præ se tulit Siberus omnia laudabiliter, ut ex primâ antelogii parte clarè est videre. Quanquam lepidum ibi est illud, quod, non nisi sermone paululum pro-tracto, tandem eum nominaverit ac laudârit, cujus cāā perorandi munus adire voluerit, aut magis fuerit impulsus, cujus Poëtæ mentionem facturus, adhibere argute potius ver-ba versa voluit, quam prosa, qualia videlicet sunt: Libenter hoc et omne etc: sed et altera: Perfer et obdura; nec non et illa: Non simul nunc. etc: Illud planè peculiarem habet gra-tiam, quod Siberg, benè dicendi Professor, de se auden-ter atq; cum Parrhesiâ quâdam pronunciavit, inquiens: Qui ut dicendi fortasse (en temperamentum) imperitus non sim etc: quod quis ipsi vitio vertere velit, non verò

magis honori! Tyro autem aliquis id miretur; non imitetur è vestigio; imitetur autem primò operam à libero Eloquentiæ navatam, quo tandem aliquando sic confidenter, suoq; tempore possit loqui. Jam conclusio partis istius primæ, et ad alteram partem transitio, quàm simul clara et præclara!

Jam porro Auditores vestrum erit: etc.

In alterâ verò proœmii hujusce parte, et morata haud pauca, et docta admodum multa, hoc est cum moratè tum doctè prolata, non unius generis occurrunt, oculis certè lectoris pariter, pariter Auditoris auribq. sed purgatis utrisq; non exiguam oblectationem parientia. In quædam digitum intendemus, nostris oculis auribusq; percepta. Moratè prolata et simul docta est illa petitio de non denegando cognoscendi et ignoscendi animo. Moratè itemq; prolata est Orationis, ob temporis penuriam, minus elaboratæ, excusatio. Sed longè doctissimè prolata et dilata est dilatato sermonis genere adhibito, explicatio thematis. Quis nisi doctus intelligit, ea de Idæis Platonicis, Atomis Epicureis, Nive Anaxagoræ, Democriti Mundorum Iliade, tacta simul et spreta? Quis, nisi indoctus culpabit eam animorum et aurium suspensionem doctâ herbæ patientiæ descriptione confectam?

Ubi utrobiq; quot lineæ, tot eruditionis stricturæ emicant. Adeò verò non est contra bonos mores, cum se Orator in pedum digitos quasi erigere cupit, se ob suam in dicendo vim non nihil efferens, ut sic mores masculi confirmatiq; Oratoris, et bene sibi fidentis, quasi in speculo spectandos nobis exhibuerit. Illa verò Aposiopesis, seu obticentia, (cum ait; vel magis innuit, quod et sui similis aliquid ad rem dicere possit sine approbatione) felicissimo ingenio est constructa, tamq; multa cogitanda menti objicit, quam multa multus sermo tuto et ornatè ingerere non valuisset. Quo sermone abrupto, quid indicare voluerit, sagaciores animæ benè intelligunt. Quam præcisionem illa correctio: Sed nihil volo, sic insuper ornat, ut coronam lemnisci, demum et moratè, et doctè, et argutè, ut de patientiâ patienter audiatur, orat. Dixerim, scilicet, cum aliquo veritatis excessu, quot Cælum stellas, quot hortus flores, tot etc:

SECTIO XIX
TRACTIONEM INCIPIENDÆ FORMULÆ VULGATIORES.

I.

Atq; ut hinc ordiar potissimum.

II.

Et ut inde mea proficiscatur Oratio, consideremus: &c:

III.

Vnde verò dictionis meæ ducam ordea? solent equidem pleriq; hoc genus Orationis auspicari â &c: sed mihi visum est adire ab isto more, et ingenio nunc obsequi meo.

IV.

Et inde sumat initium Oratio mea, haud est cuiquam dubium, quin &c:

V.

Principiò igitur, quanta sit hujus rei, quâ de verba sum facturus, necessitas, liquet vel inde, quia &c:

VI.

Primò igitur quo loco vulgi semonem habere debeamus, vel ex eo constare potest, quia vanus ab omnib; gravib; certe viris, creditur, ut qui est sine capite.

VII.

Vt igitur ab ovo, quod dicitur, rem ordiar, legimus apud N.N.

VIII.

Patrium igitur solum, (ut hinc Oratio suum habeat auspicium) nactus est, longè celebratissimum, nulliq; cedens.

IX.

Initiò verò de eo dicamus, quomodo &c: tum ad reliqua ibimus

X.

Quid verò primum dicam? et unde ordiar potissimum?

XI.

In tam ubere et copiosâ rerum, quæ ad dicendum se offerunt, segete, initium ducam, ut videtur, ab eo commodè, si dixero ante omnia &c:

XII

Viri ac mulieris legitimam conjunctionem, quod matrimo-
nium appellamus, rem esse non tantum naturalem,
sed etiam divinam, nos sacræ literæ docent; quibus nefas
esset non credere. Inde ergo ortum trahet dictio hæc
nostra, ut inde comprobetur.

ANNOTATIO

Sunt hæ omnes ferè ac verè vulgatæ ac passivæ formulæ;
videantur Orationes ebriæ, et facilè occurrent. Non
tamen ideò planè sunt spernendæ. Nisi equidem bonæ
essent, in usum venissent minimè. Sed trita vilescunt
omnia; ita et hæ formulæ, quia crebrò usurpatæ videri
possent alicui minoris. Alias alicunde collectas jam jam
dabimus. Ac prima ex his simplicitatis planique sensus cãa
est commendabilis. Item et altera. Tertia dubitationis
et interrogationis figura coruscat, seque quod singulare
quid minatur commendat. Quarta item simplex est si-
mul fuco, simul artificio carens. Quinta rem indicans
intimansque aperte et è vestigio, sapientibus et gravibus viris
maximè est familiaris. Talis quoque sexta. Septima est
proverbiali locutione insignita et insignis. Octava item
à re est ducta, Tmesi et Parenthesi, quæ formulam continet
insertã. Nona simplex est et perspicuitate laudabilis, quia
ordinem dicendorum, multum lucis semper afferentẽ designat.

Decima interrogationis aculeum habet. Undecima excitat audientium, judicio dicentis, consilioq declarato. Duodecima à re deprompta, avido audiendi non est non placere.

SECTIO XX

TRACTATIONUM INITIA

Ex Orationibus Barlæanis excerpta.

Ex primâ

De conjungendis Sapientiæ et Mercaturæ studiis.

Vetus admodum res est mercari, sed et sapere. Ut nesciam an à Sapientiâ profectam esse mercaturam, an ab hac Sapientiam fluxisse, statuere debeam. Illud certum, mutuam semper operam hæc studia præstitisse: cum sine etc.

Ex secundâ

De bono Principe adversus Machiavellum.

Non malè illi mihi de virtute sensisse videntur, qui eam proprium hominis esse censuerunt. Etenim divitiæ ne bonæ quidem sunt, sed, prout est animus, qui eas possidet, vel in laude, vel in vitio positæ sunt. Quæ gloriæ ac dignitatis speciem habent, fugacia sunt, caduca sunt, bractea sunt. Voluptas licet bonum sit, ita hominis est, ut et belluarum sit. Scientia iis omnibus dignior et præstantior est. At hæc ut in Deo excellentissima est, et in Angelis, multo, quam in homine, excellentior. Sola et unica Virtus, quæ affectibus ratione imperat, et luxuriantes animi motus in ordinem cogit, hominis peculium est,

et depositum

& depositum peculiare, media incedens, inter Divinitatis cælestem excellentiam, & irrationalis Creaturæ terrestrem ac ignobilem sortem, quod si ita est, utiq; in Principe non esse solum, sed & eximiam esse oportet, tantoq; excellentiorem, quanto inter homines conspectior est, quisquis imperat. Et hic scire aliquam vocem &c.

Ex tertiâ
De ente Rationis.

Ens nomen est barbarum, sic fictum â Philosophis, non linguæ Latinæ ignorantiâ aut penuriâ, sed consultò. Licet enim huic generi hominum voces fingere, ut res planiores dent, verum rationis ens cum dico, nonnihil majestati veri Entis derogo.

Ex quartâ.
De ente Reali.

Solent Sapientes â finitione auspicari. Factitatum hoc â Platone, Aristotele, Euclide. At res tantæ est dignitatis, tamq; immensæ amplitudinis, ut definitionis terminis coërceri nequeat. Ineffabile est Judæorum τετραγράμματον.

Ex quintâ.
De animæ humanæ admirandis

Duas Resp. vos velim complecti. Unam magnam, cælestem, & verè publicam: Alteram minorem, subcælestem, cui nos mortalitas adscripsit: In illa miraculorum unicum authorem Deum, angelosq;: in hac alterum summi opificis miraculum, hominem, contemplamur. Unde duæ Philosophiæ partes natæ sunt, ex mente Stoicorum. Una altior, quæ ad De-

um et res à materiâ secretas spectat: altera depressior, quæ hominem, et quod in homine divinissimum est, animam intuetur. Non ita pridem divinioris Sapientiæ secreta investigavimus, quæsivimusq́ de Universi authore et Conditore, de mundi Materia, quid sit Deus? quotidiè aliquid, an semel fecisse contentus sit? an pars sit Mundi, an mundus, an neutrum? Totus sibi vacet ex Epicuri mente, an etiam ad nos respiciat? possitne pro impio mutare quæ fecit, an fatorum lege factorum ordini adstrictus subjectusq́ sit? quæq́ alia Metaphysici sunt fori. Jam verò ad alteram Philosophiæ partem, quæ de homine agit, provectus, substiti attonitus ad animæ contemplationem. Et quanquam in corporis humani fabrica totius universi compendium, artificiosè exhiberi deprehenderim, suas illam habere Orbes, sua astra, sua elementa, sua metalla, plantas, flumina, nubes, fulmina, totiq́ naturæ analogas partes: tamen detinuit me, et detinet etiamnum, animæ nostræ, quam hoc corpusculo circumgestamus, attenta consideratio, sive ejus naturam, originem et propagandi modum, sive operationes functionesq́ diversissimas, sive summam imperii, in mente et voluntate vim majestatemq́ proprius advertam. ANNOTATIO.

Non debent aliter adscribi initia talia, quàm modo factum quæ quousq́ se extendant, artis est animadvertisse, et rectè

exscripsisse. Cæterum hæc â re pleraq; sunt deducta Barlæana omnia: quod facilè cuivis liquere potest, qualia accuratè annotare et enotare, quousq; se extendant, multò tantò majorem requirit attentionem, circumspectionemq;. Est enim verò hoc perspicuum, quod his in exemplis universis ac singulis sit factus ingressus, â reipsâ. Sed est utiq; ille minimè modi unius. Nam ut illico res ipsa sine ambagibus exponatur; parum tamen decet, eam iisdem omnino verbis explicare, quibus est in propositione intimata, neq; a. id alicubi factitatum â Barlæo. Quin alia atq; alia ad rem aditum struendi via ubilibet est observata, et verborum diligens simul adhibita ratio. In prima scilicet formula serpit sermo ab antecedentibus ad consequentia, et ita gressus fit paulatim ad arcem causæ. In secunda ad speciem â genere fit progressus, hoc est ab homine ad Principem; quorum uterq; ut virtute carere non potest, ita hic vel maximè eâ debet esse præditus. In tertiâ factum est â nomine argumenti, Oratione explicandi, initium, et ita ad rem ipsam, ejusq; definitionem, sermo defluxit. In quarta, definitio thematis, (ut fieri amat) primum inducta et doctè est dictionis ejusce modi auspicium comprobatum. In quinta Methodi ostensa ratio, et Transitionis artificio, clare denudato, res inchoata. Verbô: ut vultus varii sunt hominum, cùm sibi multum similes,

tum sibi haud parum dissimiles, sic etiam in hoc à re tractationem ordiendi modo, et potest et debet, diversiformis teneri ratio, quanquam ipse modus ille optimorum exemplo Oratorum frequentetur quam maximè.

SECTIO XXI.

INGRESSUS IN TRACTATIONEM

Ex Vindungii Orationibus adscripta specimina.

I.

Ex primâ Oratione

Cujus argumentum: an, quomodo, et quando Sapienti ad Remp. sit accedendum.

Ingressus.

An igitur Sapienti ad Remp. accedendum? Vetus est, ut dixi, quaestio, et quae non solum Philosophorum plerosque exercuit, verum etiam ipsos Politicos, ipsos illos inquam, qui cum se totos Reip. dicavissent, ac penitus Civilibus undis immersissent, videbantur sibi suomet facto vocem interclusisse, ne aliter de re istâ, quam praejudicarant sibi, statuerent, sive pronunciarent. Caeterum ut à Philosophis initium capiamus.

II.

Ex 2da Oratione

Cujus thema de Concordiâ Discordiaque, earumque denique fructibus

Scribunt sapientissimi viri, rerumque humanarum peritissimi: quemadmodum ferro rubiginem, lignis teredines, sic Rebusp. vitia sua agnasci, quibus exedantur. Horum vitiorum maximum et pestilentissimum esse Discordiam, nemo sanè dubitet. Nam etc.

III.

Ex tertiâ Oratione

De Idololatriâ novantiqua.

Quod igitur una ferè moneta percutere suas fraudes amet, ille veri adulterator, Dæmon, in imaginum cultu & instituendo & stabiliendo, & rursus post aliquod intervallum restaurando, cuivis in Historiarum patulo magis versato, veteraque cum novis comparanti (modo mentis oculos illi non effoderit impietas) perspicuum clarumque erit. Enimverò hoc primum nobis vetus historia loquitur, machinam illam, quæ jam inde abinitio homines unius Dei cultui deditos, labefecit, ac paulatim ipsa fundamenta pietatis evertit, haud aliam fuisse, quam ipsius pietatis simulationem, ac falsam speciem. Etenim &c.

IV.

Ex Oratione quinta.

De fraude & circumscriptione.

Unde igitur hanc fraudulentorum facinorum veluti telam exordiar, nisi petito primum exemplo, ex ejusdem Polybii (qui ad hanc dissertationem mihi viam præivit) historiâ. Is igitur Locrenses illos &c.

ANNOTATIO.

Multæ foret operæ adscribere reliqua, reliquis ex Orationibus, omnia. Ac fortè essent vix his absimilia. Quæ sunt apposita & sub aspectum collocatæ formulæ, â reipsâ quoque initium traxere. Cujus generis ingressus, apud præstantissimos quoque Oratores occurrunt. Nam quid attinet etiam

novos facere circuitus, proœmioque jam præmisso, aliud quasi proœmium attexere, quod non esset aliud, quam rotam quintam curru adjungere. – In primâ formulâ nudè res est proposita, cum adjectione authorum uberiori, è quorum fontibus, derivata est propositio, et derivanda propositionis detractatio. In secundâ formulâ â genere ad speciem tenditur, et illud simili apposito est illuminatum præclarè. In tertiâ formulâ eodem tramite ad rem aggredi placuit Oratori, tanquam viâ, sibi et aliis magnis et sapientibus Oratoribus familiari. Â genere ajo ad speciem itum. Isque modus item nobis esto commendatissimus: sed cum eo, ut pulchris verbis, ac specioso ac numeroso sermonis ambitu (qui initio multum splendoris afferre potest,) exornatus sistatur. Conjiciantur eò in hoc exemplum et oculi, et mens intenta. In quartâ addubitatione adhibitâ, expositum est thema cum determinatione certâ, ejusque consilio et ratione in medium allata. Et hæc ratio ingrediendi nobis sanè valdè arridet: quæ suo usurpata loco (namque ubique locum non habet) non erit sine gratiâ et venere.

SECTIO XXII.

AD ALIUS GENERIS FORMULAS quæ in Tractatione habent locum, transitus cum Annotatione.

Non amo, inquit Africanus, milites diligentes nimis. Sic autem ego quoque author esse nolim nulli, ut in colligendis formulis Oratoriis, vel signis potiores eorum, titulisque constituendis, plus sit justo, atque magis, quam necesse est, accuratus et operosus. Keckermannus quidem in Rhetorica speciali lib. 2. c. 1. ubi agit de tertio Eloquentiae comparandae adminiculo, qui auditorum et lectorum, atque adeo (ut loquitur) annotatio et digestio in locos communes, immane quantum multas praescribit formularum classes, quae sint designandae, et ad eas distincte, imo distinctissime redigantur omnia. Sed eo quare sit opus numero et labore haud video, video enim verò, molestiam esse et fastidiosum valdè, tam grande conficere volumen, quo in Tituli universi atque singuli, cum suis chartae purae attributis spaciis, notentur: nedum, ut dum sub istis vexillis, scribantur omnia, quae occurrunt, diu ad haec ante cogitando, quo quaeque formularum pertineat. Brevius itaque nos absolvemus, et consulto, potioris tantum generis formulas, certis titulorum quorundam multo paucissimorum domiciliis esse comprehendendas, suadebimus: siquidem reliquas facile erit si ita videatur, atque confuse referre in Commentarium, vel obiter solum observatas scribendo, dicendoque exprimere: imo ex suopte effingere ingenio: namque et hic illud valet: Solus et artifices, qui facit, usque erit.

SECTIO XXIII.

FORMULÆ PROBANDI ALIQUID PER CAUSAS rationesq; deducendas.

Quod me temerè asseruisse videatur, ecce vobis rationes sententiæ meæ, si non multas, at longè firmissimas: Nam aliquas premere potius libet, brevitatis scilicet causâ, quàm promere cum periculo fastidii in audiendo.

II.

Et quoniam scientia est per causas acquisita cognitio, hominibusq; omnibus à naturâ benè fictis, ingens causarum inhæret desiderium. Catonis exemplo id quoq; declarante (qui adhuc puer, omnium quæ proponebantur, rationem à pædagogo semper postulabat) dabimus operam, ut dictis fidem & assensum facilè impetremus, caussis eorum atq; rationibus, quæ satis efficaciæ habere sentient, attenti universi ac singuli in medium adductis.

III.

Cæterum ne putet quisquam ex Academicorum Scholis nos egressos, opinationes tantummodo venari, & verisimilitudinem potius sectari, quàm veritatem, probationibus aliquot prolatis, assensum extorquere allaborabimus.

IV.

Cujus rei rationes maximè ponderosas, ex scientissimorum consensu dare consultum duco. V.

Idq; nunc per rationes commonstratum ibo. Cæterum non hoc à me exspectetur, quasi argutiis forte velim ludere, aut cum contortis quibusdam Conclusiunculis pugnare, non, nudè, direct

ac simpliciter, at solidè tamen, omnia comprobata dabo: Directè inquio, agam et serio, nil per ambages quæsitas, vel quæ ludum jocumque

VI.

Nolo verò ut mihi quisquam plus fidei adhibeat, quàm vi argumentorum meruero. Neque enim eos unquam probandos censeo, qui pravâ quadam Pythagoræ, qui ut Epicureorum æmulatione, somnia sua pro sacris effatis venditant: Et quanquam aliquid omni rationum pondere destitutum effutiverant, tantâ tamen sibi religione, quantâ Deorum immortalium Oraculis, assentiendum putant.

VII.

Quod etsi probatione opus non habeat; sequentibus tamen rationibus clarissimè demonstrabo. Quarum quidem primam hanc sisto. etc: accedit altera etc: sed et tertiam, quæ se offert, non possum non adjungere. Quâ ratione sic communitam vobis equidem dedisse videmus sententiam nostram, ut vix aliquis de ejus certitudine sit dubitaturus, aut dubitare jure queat. Si tamen aliud cuiquam placeat, lubet intelligere, qui argumenta nostra ordine in medium adducta labefactare velit, aut possit.

VIII.

Quæ itaque diximus, tam certò scimus esse vera, quam vera est ipsa Veritas, ac præsertim, quia non testimoniis tantum gravissimorum hominum authoritatibus, ea esse constat confirmata, sed et argumentis longè solidissimis non facile, alicui Philosophiæ non ignaro, ignotis, quæ ideo tædet repetere, unum tamen ex iisdem quod instar omnium esse potest, in memoriam nobis revocato etc: Atque ego herbam libens porrigam contradicenti, si quid accurati responsi, ad hæc attulerit.

Cujus nostræ sic quidem datâ operâ, simplicius et planius propositæ sunt nostræ sententiæ, in proclivi est aliquas prodere et premere rationes. Quarum prima hæc esto   quam prætereundo loco aliam quoq indicamus, quæ est etc. Neq verò deest tertia, imò plures suppetunt, quas longum foret explicare. At quid attinet in re apertâ operosè argumentis contendere, id, ni fallor, idem esset, ac si vellemus mero in meridie facem accendere. ANNOTATIO.

Geminæ formulæ, quæ se in lectione Orationum offerunt, utiliter his adscribentur et aggregabuntur. Quanquam styli non rudis ipse aliquas facillimo concinnabit negotio. In Orationibus quidem didascalicis, ubi argumentis ei rei petitis nõa, sententia aliqua propugnatur, tales ferè locum habent formulæ in aliis, utpote maximè affectuosis, sive et pompaticis rationes ejus generis inferiores vix adducuntur, aut adductæ diverso sermone introducantur: ut quasi aliud agendo prolatæ eẽ videantur. Quapp attento eẽ jubeo Rhetoristas nostros animo, in observandis modis, atq artificio arcano ab Oratoribus in explicatione sive causarum, sive argumentorum adhibito, dum aliquid statuitur vel aperte, vel occultè. Quæ observatio eos oculatos reddet, sicut usus doctos ad conficiendas similes formulas, cuivis instituto accommodatas, in istis a. supra præscriptis, animadvertatur, aut indicari iisdem propositum liquidissime, aut commendari, aut obliquè insinuari, reliqua ornamenta in verbis sita, etiam sine commonefactione nostra, facilè aliquis deprehendet.

SECTIO XXIV.

Formulæ probandi aliquid per authoritates et testimonia.

Usu venit, in Orationibus, præsertim eruditis, hoc est de argumento ad eruditionem pertinente agentibus, ac erudite quidem, et ad erudiendum scriptis, imò in aliis quoque (sed in his tamen id fit parcius et providentius) quæ commendari auditoribus debent, sive ad fidem, sive ad memoriam, ea authoritatibus vel sacræ scripturæ, vel divorum patrum, vel Legum gravissimarum, vel authorum profanorum, nominis autem magni firmari atque decorari. Adeoque peropus est in promptu habere formulas proposito ejusciemodi accommodas, quarum ope tales authoritates scitè ac venustè sistantur. Quarum modo igitur formularum magnum satis cumulum dabimus, ut aliqua inde eligatur ad usum, cum tempus postulat autres; vel etiam ex universis atque singulis animo utcunque comprehensis, ac verò earum artificio, quod levato velo aperiemus, percognito, pransus paratusque (ut dicitur) accedat quispiam ad testimonia omnis generis sive in Orationibus, sive in quacunque animi commentatione, et linguæ stilive opera, adducenda. Et principio in genere formularum talium artificium accuratè denudatum exhibebimus: tum ordine formulas, quæ ad quasvis authoritates, aut sacras, aut profanas in medium proferendas sint idoneæ, subministrabimus et præscribemus. Namque scire est operæ pretium, in authoribus,

eorumque effatis qualibuscunque adcitandis, hanc ut plurimum observari rationem. 1. Autores apto aliquo et debito elogio exornati producuntur. 2. Scopus, cujus caa testimonium aliquod adducitur, indicari solet verbo uno, vel pluribus. 3. Ipsum dictum et author simul commendatur adverbio honorifico usurpato, et verbo. 4. Idem fit solo adverbio adhibito, verbo omisso. 5. Aliquot testimonia conglobantur, et unum alteri dextere subjungitur, annectiturque. Id quod ex consequentibus exemplis elucescet optime.

PRIMI GENERIS

Patrum Alpha, Augustinus, scribit: etc:

In quem sensum sonant N. N. verba viri sanctioris nescias, an eruditioris.

De Homero quidam

— — Ex quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Quod ego sic ad Tullium accommodo

— — ex quo, ceu fonte perennis
Succus in Orantum labra riganda fluit.

Hic verò Cicero consona nostræ sententiæ talia providit: etc:

Quod Sapientiæ Doctor summus, Plato, docuit his verbis: etc:

Princeps Eloquentiæ Cicero eadem tradidit: etc:

SECUNDI GENERIS

Sapienter ac salubriter Oraturum instruens N. N. inquit: etc:

Christus suos erigens, ait:

Apertissimè praecepit et praescribit istud nobis Apostolus:

Haec N.N. monitis prolixioribus confirmans, scribit: &c.

Tertii Generis.

Verissimè dixit Lyricus Fidicen. Praeclarè scripsit Jctorum apex.

Piè vereque dictum censeo à N. N.

Non minus elegans, quàm sapiens est effatum N. N.

Unicus nobis N. N. pro mille sit, qui ad rem appositissimè docuit:

Quarti Generis.

Optimè N. N. Breviter ad multa paucis N. N.

Clarissimè ac ut nemo melius N. N.

Quinti Generis.

Sic N. N. Pari sensu N. N. Item N. N.

Qua de re graviter pronunciavit N. N. his verbis: Similimè locutus N. N. Cui subscribens N. N. inquit.

Eruditè N. N. Eodem prorsus modo N. N. omniumque optimè N. N.

Quae exempla commonitioni nostrae generali, quae supra est de hoc negotio tradita, sat lucis, opinor, afferent. Verum nunc turba quasi infinita formularum, seu hujus, seu illius classis sequetur: quanquam primò miscella, tum in ordinem redacta non nihil.

Sectio XXV.

Per authoritates et testimonia aliquid probandi formularum turba miscella.

Testes laudare possumus nostræ sententiæ longè plurimos, ac penè sine numero: Sed ille unus, qui instar mille est, suffecerit, opinor; Tullius, inquam, qui in arce non Eloquentiæ tantum Romanæ, sed et Sapientiæ et authoritatis dignitatisq; stetit:
Roma patrem Patriæ quem quondam libera dixit.

Testatur idem omnis eruditionis humanæ promus et condus Plutarchus.
Quod si cuiquam, me dicente, non videtur credibile, audiat gravissimum authorem, Livium.
Quæ item illud Græcanicæ Eloquentiæ Lumen ac penè Numen, Demosthenes protulit, huc quoq; spectant.
Quid Sapientiæ Romanæ Oraculum Seneca? an non clara ejus in hanc rem verba?
Juverit audire sapientem Menandrum, cujus hæc sunt aurea verba:
Testimonia forte aliquis vult et expectat, pondus et momentum habentia. Ecce ei Apollinis qsi Oraculum.
A nostris partibus stat optimorum veterum Sapientum Chorus. Sic Aristoteles, ille Peripateticæ familiæ herus et heros. Quod etiam tradidit ejus magister, idemq; universi Orbis in sapientiâ humanâ maximus Doctor Plato, quem Cicero non est veritus deum appellare Philosophorum. Atq; hic ipse Tullius, Oratorum (si sic loqui fas est) Deus. Imo et verus inter Poëtas Apollo Virgilius.

Myriades testium adducere possem, si allubesceret, eorè foret opus.
Parum ille quidem in legendis cùm veterum, tùm recentium, meli-
oris notæ Scriptorum libris videtur versatus, qui dicta quasi uno ore
eos affirmasse ignorat. Ordine sistemus quosdam, sed illos præcipuos
et classicos: Capite censos, et proletarios missos faciemus. Age, dic tu,
sapientissime Plato. Audiamus te quoq; acutissime Stagirita et.
Sed et Isocrates, maximus Rhetori prodeat et prodat nobis super
eâ re sententiam suam. Jam verò ad hæc è Novitiis paucos no-
minemus, quibq eadem mens, quæ illis ævi prisci. Adest N. N.
Offert se etiam N. N. neq; abest N. N. Age, age, audiaris
tu quoq; N. N.
Antiquorum forte an autorum aliquis suffragia sic desideret maxi-
mè. Dabo nonnullorum. Nam universos et singulos laudare lon-
gum, ac tantum non infinitum foret. Ac primò afferam in me-
dium Senecæ honoratum gravissimumq; calculum. E Græcis pla-
nè eadem sensit N. N. ille inquam, cujus tot sunt pondera, quot
verba.
Quod confirmatur egregiè aureo antistitis Hypponensis dicto.
Quid a. ego pluribq laborem, circa hanc sententiam confirman-
dam? Ad te, magne Tulli, tanquam sacram anchoram confugio.
Tu, velut alter Achilles, succurre nobis, et occurre aliud statuentibq.
Quis contra te surget Herculem?

Ex tripede penitissime Sapientiæ illud prodiit, proditum ab Annæo.
Quos A. non nostra qualiscunque commovet Oratio, aut ratio, in medium
jam allata, cedat gravissimis Philosophorum veterum effatis, et Ora-
torum pronunciatis priscorum. Ex illorum numero Platonem
adduco; Ex horum Ciceronem. Ille quidem ita etc. hic verò sic etc.
Audiamus obsecro vos, A. de hoc ipso mirificè præclarè canentem
Juvenalem.
Illum divinarum cogitationum fontem (sic verò elogio ab ipso divi-
no viro dictum) N. N. audiamus.
Ad testimonium cito unicum illum sapientiæ patrem antiquissimum,
Homerum.
Unum tantum hujus rei cā [causa] è multis adcitabo testimonium, idque
illius authoris, cujus meritissimo tanta est, eritque et fuit apud omnes
eruditos authoritas, quanta est N. N.
Eximiè eximius Epictetus in talem sensum.
Attendatur quid ab omni ævo tradiderint de hoc negotio Philosophi
quibus cura fuit et eruere, et tueri, contra vulgum, veritatem.
Qui ut in partes iverint diversi, cum id agitur etc. in eo tamen con-
veniunt omnes, quod, etc.
Prisci illi quidem Ecclesiæ doctores, iique sive Latini, sive Græci, à no-
bis stant universi atque singuli, et hoc non ferunt solum, sed pro-
bant etiam, si aliquis etc. quos qui sequi nobiscum non vult, a

quidni jure ipsum deseramus, à nobis, imò et veritate diversâ et erroneâ viâ incedentem?

Confirmant dicta plures, iidemq; maximè authoritatis testes N. N. apertè ait: Idemq; comprobat N. N. Sed et amplissimè adstipulatur N. N.

Caeterum, ne qua in animis vestris haesitatio locum habeat, corroborabimus, quae diximus, magni authoritatibus nominis. Utpote N. N. similiter N. N.

Idq; quod magnorum authorum verbis libet explicare, ut dictis accedat authoritas major: Reclamet deinceps, qui volet.

Quod cum multis et luculentis testimoniis probari queat, uno tamen in praesens contenti simus, sed ita illustri, qu[a]si aureis literis scriptum extaret.

Ne nostra, aliorum dictis ac sententiis, veluti fundamentis destituta, citò collabantur, facileq; ruant, robur dabimus sententiae nostrae aliorum authoritatibus productis, quas in testimonium citabimus. Ac cum primis Magni N. N.

SECTIO XXVI.

IN ORDINEM DIGESTARUM ALIQUOT, quae ad authoritates adcitandas sunt idoneae, formularum Syllabus.

I.

AD TESTIMONIA BIBLICA DUCENDA.

Conferamus nos paulisper A. ad Scripturam sacram, secundum quam et agere, et loqui, et sapere nostrorum est

Christianorum, nisi errare et perire æternum velimus. Inde verò est percipere, quod etc:

Infinitis hæc, quæ dixi, testimoniis sacratissimorum virorum, quorum scripta, Scripturæ sacræ Codice comprehenduntur, corroborare possem, si temporis, vestræq; patientiæ ratio, non esset habenda. Audiatur tantum unus ex illis, isq; Cælestium arcanorũ maximus Hyerophanta, divus Paulus.

Quid in Apocalypsi, Theologus ille, et divinitatis intimus, ac sine pari contemplator, et à Divinis Secretis Joannes etc:

Qua de re apertè scribant in libris veritatis et vitæ divini Evangelistæ

Id credo ex Oraculo, sed verè divino, Regum sapientissimus prodidit.

Codex sacer id testatur clarissimè.

Moses, bellorum sacrorum Administrator et Scriptor, posteritati proditum reliquit:

Apud Syracidem, acrem virtutum exactorem, similia reperire licet. Et quidem hæc præ aliis notæ optimæ.

Sic docet gnarus, gnavusq; præceptionum moralium Magister Salomon.

Regum Fasti enarrant. C disertissimus

Regius Vates, vel potius Rex fatidicus, cælestium Creatorum

Jeremias Vates, numinis vicem exhibens ait:

Quod gravius Evangelica Veritas confirmat.

Et sæpè (Scripturæ infallibilis verba do) inimici hominis sunt domestici ejus

Id quod divinarum literarum veritate probare, tam est facile, quam quod facillimum.

Plena sunt divinor librorum monumenta huc facientib9 testimoniis. E quorum magno numero haec adducemus tantummodo.

Spiritu Divino afflat9 David, (vel Propheta Jesseg) in talem sonum cecinit.

Rex Nymphagogus (Salomon) in cantico suo sapissime &c:

Sanct9 Paul9, vas electum, Spirit9, Os et Tuba &c:

II.

AD TESTIMONIA PATRUM ADDUCENDA.

Sanctissimi Ecclesiæ Proceres, et ingenio sanctimoniaq3 clari Patres penè omnes uno ore &c:

Ita prope omnis veterum Theologorum Chorg.

Audivimus gentiles, qui illustrati solo näæ lumine hæc prodidêre, ut qui velint: audiamus jam istos, qui præter istam lucem qualemcunq3, lumen certius fidei divinitus Cælo missum habuerunt, et idem nobis protulerunt. Hi sunt conscripti Ecclesiæ Patres.

Hæc Magnus sacrarum literarum Interpres tradit, Origines.

Lanctantius, inter Christianæ veritatis assertores, Eloquentiâ maximè illustris, divinarum institutionum primo sic scriptum reliquit.

Magnus nostræ Religionis author, Augustinus, sic est locutus.

Scribit facundissimus sacrarum literarum Doctor, Hyeronimus.

Hyeronimi, sanctissimi simul et Eloquentissimi viri sententia est.

Huc forte aurei Oris Johannes respexit, cum diceret:

Gregorius quoque Nazianzenus, eo vir ingenio, et sapientiâ, quam miramur.

Gregorius Nazianzenus, vir non modo in Theologiâ princeps, verum etiam in dicendo Coriphæus, mirabiliter hæc exposuit.

Velim igitur huc exsuscitari Auditoris animum, et spiritus novos capere, ut tanti doctoris sapientiam, et sublimè volantis capere possint. Aquila certè est in nubibus, et veluti corpore omni nuda et spoliata, magna illa mens, ita ratiocinatur.

Mirificè aureâ linguâ Johannes i.e. Chrisostomus.

Sic Clemens Alexandrinus, qui de pectore omnibus scientiis sat gravia passim et aurea dicta promit.

Belle et sapienter Leo Magnus, vir præditus Eloquentiâ sanctâ et plenissimâ authoritate.

Divus Cyprianus, qui Religiosam vitam cruore suo obsignavit.

Sanctus Bernardus, dulci pietate excaltus, et sapientiâ venerandus. {Cumque verba Bernardi citantur, egregii hoc elogii inseratur: Clare valensis apicula mella propinamus.

FINITUM GEDANI ANNO MDCXLVIII.

III.

ADLEGES CITANDAS.

Ita legisperiti omnes cum Duce suo, Imperatore Augustissimo statuunt, nituntur[que] hujus gravissimâ lege quæ sic st:

Porrò, ut Principis Oratoris suffragio præpotens tea sit et gloriosa Philosophia, quæ jure Civili et legibus stabilitur, et eo plurimorum tetorum placita in nostram sententiam advertere possemus, infinitarum[que] legum legiones adducere, eodem tamen labore in præsens supersedere placet de industriâ, nisi fortè hæc unius Legis vertex, radio quasi solis scripta, quæ sic sese habet, enuncianda:

IV.

AD TESTIMONIA PROFANORUM ET RECENTIORUM AUTHORUM ADCITANDA.

Ita verò hoc rationi consentaneum, ut qui in tenebris jacuerunt, et ignoratione veræ pietatis, et numinis, et luminis, tamen istud animadverterunt. Quare M.T.C. quem Divus Hieronymus Regem Oratorum vocat:

Non sensit aliter stupendæ doctrinæ Philos. Aristotelici purpura Philosophorum submissis defert fascibus imperium.

Ita quoq[ue] Plato singulari sapientia Philosophus, omnibusq[ue] verò Veterum calculis, ac scientissimorum cum primis adeò comprobatus, summis ut eum præconiis elatum legamus, quem et divinum Virum appellare non desinunt.

Quod nos Cajus Plinius Secundus, Naturæ Panegyristes nobilissimus, qui ad prodigiosam prorsus eruditionem pervenit, docet. Drexel. in Aurif. m. p. 52.

Xenophontem, quamvis Religione Ethnicum hominem, non malum tn morum magistrum audire erit multum salutare, cum ait.

Homero ingeniorum fonti planè assentimur.

Ita Poëta Juvenalis inter Satyricos primus, nec cæteris laude summis Poëtis, admodum inferior, cecinit.

Qui Poetæ minus credendum opinatur, is Oratoris adstipulationem audiat.

In talem sententiam scripsit Plinius doctissimus, qui, cui non sapit, ille est indoctissimus.

Nec desunt pro hac sententiâ Medicinæ Antistetum autoritates: Docet n. Dictator eorum Hippocrates etc.

Et secundus Galenus, idemq; nobilissimus author.

Hermolaus Barbarus, qui, quæ Urbi Orbis terrarum nomen est, ejus ipse Urbis maximum lumen fuit, omninò similia asseruit.

Authoritatis Maronianæ viribus confisus hoc ausim dicere Peripateticæ familiæ hoc dogma est etc:

Considerasse erit operæ pretium, quæ in eandem sententiam Homerus Mantuanus, Poëtarum Latinorum ille primus, cecinit.

Sic Theologorum recentium caput quoq; scripsit, et veterum nulli cedens Lutherus.

Neq; ignorandum, quid dico ignorandum? imo maxi,
mi pensi habendum, quod Togatorum doctissimus Var,
ro annotat.
Quid obfuerit (imò verò profuerit multum) nobilissi,
mè, et, ut in legum voluminibg appellatur, sanctis,
simi Ulpiani commemorabilia verba, annotate.
Regiè et egregiè Urbang Regig, non postremæ notæ
Theologus, ille à recentioribg quidem, sed antiquâ do,
ctrinâ, sanæ fidei, præclarè ~~doctu~~ præditus, in suo de ꝯ.
libro, talia protulit.
Item Cicero, non elegantiæ tantum exactissima nor,
ma et Canon, sed et Sapientiæ humanæ. Quid n. ille?
doctissimè disertissimèq; scl: hæc effudit verba:
Apud illum Lyricæ elegantiæ et suavitatis antesigna,
num, Romanumq; Pindarum in Odis, quædam repe,
rire est, sententiæ nostræ magnum pondus additura.
Salomoni calculum suum honoratum adjecit mora,
lis ac præstantissimus è Judæis Philg, qui Ecclesiasti,
cus verè audit, nominetenus a.. Jesus Syracides.
Quod non minus salubriter, quàm eleganter, magng
Medicorum Parens et Princeps, Cous senex, in divi,
nis Aphorismis ita traditum reliquit.
Cujus rei luculentissimus quoq; testis extat Thucydides,
ex Historicis gravissimus.

Quia et Aristophanis assensu et testimonio luculento id comprobari posse videtur.

Uti Pausaniae testatum est monumentis.

Qui Poetae N.N. minus credendum opinatur, is Oratoris gravissimam adstipulationem audiat.

Non vanè hoc in Proverbium abiit, quod sic sonat, legendum quoq̀ apud N. N.

Criticorum nostri aevi Sol, Casaubonus, nunquam sine amplissimâ laude nominandus, in doctissimis super Suetonium annotationibus, id doctissimè, declaratum ivit.

Sic illustris ille Mirandulae Comes Johannes intelligatur Picus aquila perspicax, non loquax Picus, Imperator eruditorum potius, quàm Comes, et suae penè miraculum aetatis.

Gellius doctissimus autor, et excultissimi sermonis, nobis aliquid suppeditat, hic sane promendum, non premendum silentio.

Horum autoritas virorum, et apud me pondus et magnum: Sic prae N.N. majestate si non vilescit, certè fit attritior, Est n. hic in omni literatorum genere versatissimus, et non opulentae tum eruditionis, sed et acutam ingenii quam judicii vir, qui sic diserte.

Idq̀ ex N.N. liquido constare potest, cum sic scribit.

Hæc verba gravissimi N. N. quanquam pluscula, adducere non piguit, tum ob pondus sententiarum, quas continent, tum ob earum elegantiam.

Hoc summus moderator juventæ Romanæ his docet verbis.

Qua de re nobile Poëtæ Epigramma habemus.

Hic refero verba N. N. quæ sic se habent:

Huc advoco in testimonium N. N. tam clarè id, quod diximus, asserentem, ut nihil possit dici clarius.

Accipiamus verba N. N. recentis scriptoris, sed quæ merentur ob suam solidam doctrinam veteribus accenseri.

Quod ne ex ingenio nostro alicui fictum esse videatur, authore nullo; teste nullo; advocandi sunt ad partes, quos habemus, sententiæ nostræ Duces, quos comites, quos assęclas. Longum foret omnes audire. Accipiamus primo verba summi & antiquissimi N. N. Et alter se offert, cum calculo suo, testis. Quid dicat etiam N. N. judicate & penditote, cum ait: &c: Annon hæc iis, quæ nos protulimus, planè similia?

SECTIO XXVII.

EXEMPLORUM ADDUCENDORUM FORMULÆ.

Quæ res ut exemplis à veritate commendabilior reddatur, proferam horum quædam, sed maximè

illustria illa, eaq non nisi veterum, quae semper maj
rem meritò habent authoritatem. Apud N.N. legitur,
cujus simile est illud memoratum à N.N. quibg non
possum non adjungere in annalibg etc: relatum. At ex
plorum talium, opinor, satis. Venio ad etc.
Sed id quod dixi per exempla aliquot commonstratū ibi
In rei majorem probationem afferam exemplum unum atq [...]tero
Quid multis vos morari exemplis attinet? Unum suf
ficiat. Narratur etc:
Priscorum monumenta authorum segetem exemplorum
huc facientium dant, è quâ hoc unicum in medium
suffecerit admissum.
Quemadmodum eum in sensum innumera apud auth
res occurrunt exempla. E quorum ingenti multitudi
ne hoc tantum paucula.
Aliorum exemplorum oblivíscar volens: quod de N.N
proditum est, modo proponam.
Qui exempla hujus generis consectari voluerit, ei sup
petent plura, â me unum atq alterum accipiet.
Cujus rei exempla, quoniam ubiq sunt obvia, non[...]
est referre, unum solummodo indicabo, idq maxim[...]
ut videtis, momenti.
Ut hoc clarius eluceat, pauca de multis in mediu[...]
adducemus Exempla. Ea quae primò audiemus, pris[...]

memoriæ. At si recentiora videantur obsoletis jucundio,
ra, en quoq; ista.
Quo ide cognoscantur aliqua exempla à magnā turba.
Si tempus permitteret, quam plurima adcitare in prodi,
vi essent exempla: sed multitudine eorum neglectâ, ac
modo potius servato, quæ enarrabuntur, vix sine aliqua
aurium et animorum voluptate percipientur.
Nec mihi exempla deessent, si ea longa serie Orationem
extendere vellem, qui nulla de re magis sum sollicitus,
quam ne illa excurrat nimium. Quædam inferam.
Si exempla desideratis, considerate pro factum nobile N.N.
Vultis exempla? proferam: Memoriæ e proditum fuisse &c.
Celebrant annales N.N. extollant N.N. laudent N.N.
Si quis nostri N.N. factum præclarum consideret, in,
telliget, nihil esse commemoratis inferius.
Quo a. quod dixi, omnia magis sint in propatulo:
perpendite quæso, annon sapientissimè constitutum
sit à Romanis, qui &c.
Ut verò rem exemplis illustriorem reddam, perhi,
betur quod &c.
Si a. hæc nondum percipiantur satis, etsi valde com,
probata fuerint, non idoneis minus, quam firmissi,
mis rationibus, ad exempla quædam enarranda me
conferam, unde maxima accendetur, opinor, menti lux.

Possem quidem ex annalium memoriâ, multa hu-
jusmodi exempla, et â quampluribus Gentibus petere.
Verum illud Belgarum, ut recentius, ac valde admi-
rabile, quanquam reliqua omittam, præterire minime
possum. Illi etc.
Quæ audivistis Gentilium sunt exempla. Neque non ab
Ethnicis quædam discere habemus, ut et ab ipsismet
Brutis. Verum enim verò, similia ab aliquibus Christi-
anorum hæc quoque accepimus, quæ pariter ob oculos vo-
bis ponam.
Veniamus ad propria exempla: illa enim antiqua,
quæ sunt relata, minus fortè aliquem afficiunt.
Non desunt profectò quædam de ipsis Majoribus nostris
cum laude enarranda, quorum nisi vestigiis insi-
stere nobis curæ fuerit, annon degeneres nos esse eo-
rum filios, nostra non exiguâ cum ignominia, patescet.
Sed foris exempla quid quæramus, qualium domi a-
bundamus. Nonne idem Patrum nostrorum ævo, i-
mo et nostro accidit, dum etc.
Ac ne in eo tota nostra consumatur Oratio, quod rationi-
bus tantum nostram velim confirmare sententiam, eò me
convertam, ut quæ ad propositum spectantia exem-
pla habeo in promptu, apponam: Sicut illud è Ro-
manorum Historiis suppetit: Quod etc.

Annotationes nostræ.

Videre est ex his formularum exemplis, exemplorum inductioni accommodatarum, quod ferè ex his constat membris: sive universæ, sive singulæ. Primo res ipsa proponitur, hoc est, dicitur aperte, futurum ut exempla adducantur; idq; fit intellectus causâ. Secundo exemplum, fontes et authores, sive veteres sive recentes, sive domestici, sive peregrini, laudantur. Quod quidem in more positum est facere, affectus et aurium, atq; animorum excitandorum gratiâ. Tertio aut exempla ejusdem generis cumulata inter se connectuntur: Quarto: aut indicatur multis aliis omissis, unum et præstabilius iri appositum. Quinto: aut exempla, quæ elegantiæ est aut eruditionis, potius perstringuntur, quam explicantur. Colligere sanè ejuscemodi plures formulas, res non erit inutilis, aut pœnitendæ operæ: multò verò magis tamen præstat, earum artes cum curâ animadvertere, et mente perspicaci assequi. Quo consilio visum est, pensitare diligenter, quâ ratione exemplorum suorum varietatem Valerius Maximus è priscis, et Lipsius è recentioribus protulerint. Cujus utriusq; exinde quoq; et magnum ingenium praeclarè innotescet, et in stylo, talive styli opere insignis perfectio.

SECTIO XXVIII.

EN IGITUR NOBIS VALERII MAXIMI ALIQUOT EXEMPLA ELEGANTIORA, CUM FORMULIS SUIS ADSCRIPTA, SUBJECTIS NOSTRIS ANNOTATIUNCULIS, ARTIFICIUM È VESTIGIO PRODENTIBUS.

Opus verò suum & institutum hac formulâ inchoavit author: Populi Romani, exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latiùs diffusa sunt, quam ut breviter cognosci possint, ab illustribus electa authoribus, deligere constitui, ut documenta sumere volentibus, longæ inquisitionis labor absit. Nec mihi cuncta complectendi libido incessit. Quis n. omnis ævi gesta modico voluminum libro comprehenderit? Aut quis compos mentis, domesticæ peregrinæq; historiæ seriem, felici superiorum stilo conditam, vel attentiore curâ, vel præstantiore facundiâ, traditurum se speraverit? &c:

Sic proposuit rem suam Valerius, & mentem perspicuè atq; disertè, ut aliquando in exemplis proponendis fieri diximus, indicatur, significari perspicuè, fore, ut exempla proferantur, eaq; hujus vel illius generis, aut ævi, modo tamen, & delectu, dedita operâ servato.

LIB I. C. I. DE FABR. GRACCHO.

Laudabile duodecim fascium religiosum obsequium &c. Succedit è vestigio alterum exemplum, de Sacerdotum Collegio, his verbis prioris: Consimili ratione Publ. Sicul. &c:

Hic celebratur primum exemplum & alterum ob similitudinem eidem subnectitur, indicato quod priori sit genuinum. Sic commodum ē, similia conjungere exempla: Unde nascitur formula, Valerio etiam usurpata.

LIB. I. C. I. DE P. CRASSO.

Adjiciendum his, quod &c.: [Formula ē planè manifesta.]

LIB. I. C. I. DE MARCELLO Q. COSS.

Non mirum igitur si pro eo imperio augendo constituendoq; pertinax Deorum indulgentia semper excubuit, quod tam scrupulosâ curâ parvula quoq; momenta religionis examinare videtur; quia nunquam remotos ab exactissimo cultu Ceremoniarum oculos habuisse, nostra Civitas existimanda est, in quâ cum Marcellus Q. Consulatum gerens, Templum Honori &c.

[Observandum est hoc loco, quod â consequenti Exempli initium sit factum narrationis, quod venustè adhibetur & sapienter. Sed non nisi rerum benè intelligentes hac ratione inducere possunt exempla, qui ordinem quasi universum tenentes, multum gratiæ & ponderis enarrationi sua sic conciliant: quippe, quæ tanto auditu gravidius, quanto magis constat, in antecessum, quo spectet, & quem scopum habeat, usumq;! Pleriq; certè doctiorum, & Historici ipsi, hoc genus producendi exempla frequentant.]

LIB. I. C. I. DE L. ALBINO.

Quod animi judicium, in privatorum quoq; pectoribus: Urbe enim â Gallis capta &c.

L Conjungitur hoc exemplum cum priori, ex diversita[te]
personarum, et similitudine facti, utpote, quod alter[um]
sit privati hominis, alterum publicae personae. Conferat[ur]
tantum utrumque, et artificium innotescet plenius.

LIB. I. C. I. DE C. FABIO DORSONE.

Eadem Reip. tempestate C. Fabius Dorso memorabile ex[em]
plum servatae Religionis dedit: Namque Gallis Capitoliu[m]
obsidentibus, ne etc.
L Subnectitur hoc exemplum, ex similitudine tempor[is]
Nam superius continet, quid factum fuerit item ab
Albino, cum Urbs â Gallis capta.

L. I. C. I. DE DIONYSIO SICULO et Thymasitheo.

Concluditur exemplum Dionysii his verbis: Lento n. gra
du ad vindictam sui divina procedit ira: tarditatemq[ue]
supplicii gravitate compensat. Sequitur exempl. Thymas[i]
thei, in queam ne incideret Thymasitheus Liparitinorum
Princeps, consilio sibi pariter etc. L Ergo hoc exemplum
pendet â sententia supiori, ut et diversum â priori exempl[o]

LIB. I. C. I. DE P. CONSCR.

Ominum etiam observatio, contactu aliquo Religion[i]
innexa est: quoniam non fortuito motu, sed divina pro
videntia, constare dr., quae efficit, ut Urbe â Gallis d[e]
jectâ, deliberantib. etc. L Hoc exemplum affertur, prim[o]
inde deprompta observat. ceu L. C. cui istac ratione applica[t]

LIB. I. C. I. DE AEMILIO PAULO.

Quid illud? quod L. Paulo Cons. evenit, quam memo
morabile, cum ei forte evenisset etc.

[Hic quasi ex abrupto proponitur hoc exemplum, cum ejusdem despicatione. eo pacto aures tanto magis eriguntur ad id percipiendum.]

LIB. V. C. VI. DE Q. PETELIO.

Annotatu dignum quoq; illud omen, sub quo Pet. Consulem.
[Ratio communis, sed bona, exemplum inducendi, si ejus auscultatio et commendatur annotatio.]

LIB. I. C. VI. DE PRIENESIBUS.

Adjici nostris, duo ejusdem generis alienigena exempla non obscure possunt: Sami Prinensibus auxilium etc.
[Plures hic artes observandae. 1. manifesta connexio: adjici 2. Occultio a similitudine, dicto: ejusdem generis 3. ex judicio auctoris deprompta: non obscure possunt.]

LIB. I. C. VII. DE PRODIGIIS.

Praecipuae admirationis etiam illa prodigia, quae P. Volumnio etc.
[Ratio peculiaris gratiam conciliandi exempla adducenda, si extollatur et despiciatur, vel valde sit admirabile.]

LIB. I. C. VII. DE MARCELLO.

Et Consulatûs Collegium, et erroris societas, et par genus mortis a Tito Graccho, (de quo ante) ad Marcelli memoriam me trahit. [Id commode fit, cum indicamus, venire vel venisse nobis aliquod simile exemplum (quod adducetur) in mentem, ex occasione ante dictorum.]

LIB. I. C. VII. DE MARCO CRASSO.

Non sinit nos M. Crassus, inter gravissimas nostri imperii jacturas numerandus, hoc loco de se silentium agere: plurimis et evidentissimis ante tantam ruinam nostrorum

pulsatus ictibq. Ducturus erat. etc. [Pulchra formu-
la, sed qualis? et quale ejus artificium? Video utique
istud, et tamen nescio, quibq verbis id describere possim.
Dicam: et laudatum sic esse exemplum leviter, et in
antecessum propinatum. Fiat idem, nec erit id expers grat.]

LIB. I. C. VII. DE JUL. CÆS.

Tuas aras, tuaque sanctissima templa, Dive Juli, ve-
neratq oro, ut propitio ac favente numine, tantorum
casus virorum, sub tui exempli præsidio ac tutela de-
lescere patiaris. Te enim accepimus. etc.

[Pathetica inducendi exemplum ratio, compellato per
apostrophen eo, de quo aliquid narrabitur. Sed id non
facile in imitationem trahatq, nisi adducatur exemplum
magni nominis et momenti. Tale hoc est, quod clatiri legi-
re apud Valerium. Atque legendum ibi omnino, et accura-
te pensitandum, quo recta ratio utendi tali artificio
ex ipso authoris exemplo alicui intimius innotescat, nec
tantum quasi praeter viam ex nostra annotatione.]

IBID. sub Tit: EXTERNA C. VII.

Claudatur talium ostentorum domestica relatio hoc exem-
plo, ne si ulterius Romana apprehendero, è cælesti tem-
plo ad privatos domos non consentaneo usu transtulisse
dear. Attingam igitur quæ latinis inserta litteris, ut authorita-
tis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre possunt.
[Notetur hoc specimen transitionis ab una classe et
manu exemplorum ad aliam. Contingit in Oratione

aliquando uti consimili formulâ: sed quæ tamen pro in-
stituti indole est fingenda et refingenda, hoc cognito be-
nè exemplo, imitatio erit minus difficilis.]

LIB. I. C. VIII. DE TITO ATTINIO.

Sequitur æquè ad publicam Religionem pertinens somnium.
[Conjunctio et connexio manifesta per vocem: Sequitur
æquè: eaq; hic annotanda, et alibi imitanda.

LIB. I. C. VIII. DE CICERONE.

Ac ne illud quidem involvendum silentio: Inimicorum etc.
[Formula in inductione exemplorum usitatissima.]

LIB. I. C. VIII. DE CASSIO PARMENSI.

Vincit hujusce somnii de quo narratum dirum affec-
tum, quod sequitur: Apud etc: [Sic exempla item in-
ter se scitè combinantur, ita ut unum alteri præferatur,
et præferendum secundo loco inducatur, in sensum talem,
qui auditus est, conformatâ formulâ.]

LIB. I. C. VIII. DE ARCADE QUODAM.

Proximum somnium, etsi paulò longius, propter ni-
miam tamen evidentiam, ne omittatur, impetrat. Duo etc.
[Imitabilis est hæc formula in negotio alius, excusati-
one aliquâ additâ. Ut si vulgatum aliquid narrari in-
stitueretur hoc modo: Proxima narratio, etsi longè est vul-
gatissima, propter nimiam tamen cum dictis perceptisq; conso-
nantiam, imò quia maximam semper et oblectationem, vel
sexcenties audita, ne omittatur, impetrat.

LIB. I. C. VIII. DE CASTORIS VISIS.

Quorum è magno acervo illud inprimis occurrit etc.

[Imitabimur formulam hac ratione: e magno talium exemplorum acervo, illud inprimis occurrit. Elegantia est in verbo occurrit, innuitur enim eo ipso: exemplum ee tam accommodatum, ut sponte se quasi offerat.]

LIB. 1. C. IX. DE DIIS PENATIBUS.

Referam nunc, quod suo seculo cognitum manavit ad posteros. [Eodem modo dicet aliquis adducturus exemplum, quod non tam monumentis est traditum, quam relatione, hac figura: Referam igitur nunc quod majoribus nostris fuit perbene cognitum, et ad nos inde manavit posteros. Sic vero res simul proponitur, simul laudatur, illudque fit intellectus causa, hoc affectus.]

LIB. 1. C. IX. DE APPII CLAUDII MORTE.

Praecessit exemplum de Pomp. M. rogo, cui adjungitur illud de morte Appii Cl. Atque hoc quidem hominibus tantum: illud a ore ipsius Apollinis editum, quo Appii interitum veridicae Pythiae vaticinationis fide praecurrit. [Non sine ingenii et judicii praeclaro specimine ita intime intra se connectuntur exempla. Detur igitur opera, ut similiter sua cum ingenio et judicio jungat Orator. Arcana haec equidem ratio colligendi exempla, quam sola intenta mente licet assequi, non autem est possibile docere.

LIB. 1. C. IX. DE ERO PAMPHILIO, POST 10. DIEM REVIVISCENTE.

Quae minus admirabilia Eri Pamphilii casus fecit etc. [Eadem hic connexio ingeniosa animadvertenda, quae fuit in praecedenti exemplo laudata.

Lib. 1. de.

LIB. I. CIX. DE DAPHIDÆ S.[9] MORTE.

Non invitus huic subnecto Daphidam, ne quis ignoret quantum interfuerit cecinisse Deorum laudes, et numina tractasse. Propositio facti hic clara occurrit, et laudatio exempli occultior, ex scopo et utilitate ejusdem deprompta. Hujus imitatio formulæ est facilis, si tantummodo exemplum quo spectat fuerit perspectum bene. Suo a. loco dicetur eodem modo.

Sed his missis, gradum struemus ad exempla Lipsiana, inde quoque alia atque alia, formularum huc facientium exempla delibaturi.

SECTIO XXIX.

EXEMPLORUM A LIPSIO IN EXEMPLIS ET MONITIS POLITICIS PRODUCTORUM.

Quæ antequam adscripta dentur, verba Lipsii in operis ingressu reperienda, non possum non laudare, quibus laudantur exempla, et sic se habent: Sicut Herbas, qui serit, opportunè illas irrigat, atque alit, ut adolescant; sic tu sententiarum istos fructices, fove et alle, vel Sole, vel pluviâ, ut sic dicam, Exemplorum: Utrumvis enim præstant. Illustrant dum in rem velut præsentem ducunt, et facta ostendunt, quæ facienda suadentur. Fovent etiam dum animum erigunt, et re docent non nova, non ardua proponunt; sed et viam præeunt in qua vestigia tuto ponamus. Sicuti qui gubernandi parum peritus est, ubi plures Naves, cursum temperat, et sequitur priores: ita vada et scopulos vitat, et sine magna suâ arte, portum cum prioribus petit et tenet.

Vidistine etiam, qui ad speculum se comunt, faciem et cultum rectè disponere? Prorsus hic idem. Alienata et facta speculum sunt et imago, inquâ te videas et ad eam decorè te componas. Hactenus ille. Hinc verò est intelligere qui fiat, ut exempla Orationibus crebrò inserantur, imò planè sint inferenda. Lumen, robur, adjumentum instituto afferunt. Atque eapropter etiam formulæ Exemplorum scitè et venustè proponendorum, sunt probè adnotandæ, et dextre interpretandæ.

SUB MONIT. I. EXEMP. I.

Agesilaus Rex fecit. Qui, ut Xenophon ait: etc:

[Præcedit scopus, finisque exempli adducti: Monitum scilicet, Deus ubique colendus, etiam inter, et apud Hostes. Ita rectè et argutè connectetur exemplum alicui, cum re, quam exemplo proferendo docere et comprobare vult aliquis. Itemque verò in genere satis est principio indicare exemplum, N.N. fecit. Tum a. ad hæc sigillatim exponetur, ut hic porro sequitur: Qui etc. imò et eruditè Author apponitur, qui testis et præco est exempli; id quod et Lipsio probatum cum Xenophontem citat.]

IBID. ILLICO EXEMP. II.

Alexander Magnus, quam illustri exemplo docuit. etc.

[Simplex proponendi exemplum est hæc formula, nisi quod colorata sit et figurata nonnihil explicatione et admiratione non minus venustâ, quàm validâ. Commendatio exempli, simul inserta, placet, et imitatione est digna, usurpato epitheto: quam illustri. Hujus annotatione exempli porrò annotandum, quod

Author, sub ejus finem, his verbis fuerit usus: Haec Alexander; & Urbi, ac genti veniam. Quid veniam? praemia atq; honores tribuit, & immunes, suisq; legibus vivere jussit, & quosdam in militiam suam allegit. Sic omninò commodum & appositum erit, eadem ratione, post exemplum quaedam adjungere, Exempli exaggerandi, aut ad institutum melius meliusq; accommodandi gratiâ.

IBIDEM È VESTIGIO EXEM. III.

Antiochi Syriae Regis, in eadem gente, factum simile: imo à se, si non ab authore illustrius. Obsidebat &c.

[Interior ratio hic observata in combinando hoc exemplo cum superiore. Illa à re & personis petita: re, dicto: simile: è personis: in eadem gente. Item, Alexandro, ut par fuit Antiochum subjiciendo, ac factum hujus facto alterius praeferendo. Videantur verba atq; excutiantur.

SUB MONIT: II. Ex. III. & IV.

At vero Ludovicus, cui Divi praenomen Virtus & merita peperunt, Galliae Rex, per ipsa pericula, imò infortunia, Religionem assertum & defensum ivit. Vita ille Princeps, & moribus optimus. Sequitur extemplò exemplum IV. cum hoc proaemiolo: Quid ante Ludovicum Godofredus Lotharingiae & Bulligoniae Dux! Quam acres illi in pectore stimuli!

[Ex antecedente formulâ notabis aptissimum elogium ejus, de quo narratio agit. Aptissimum scl: personae & rei (de qua monitum: sacra nec in periculis deserenda) illustrandae, id retineatur artificii, & alicubi teneatur.

Connexio a. in secundo exemplo præprimis animadverten-
da, istis in verbis latens: Quid autem (nota benè) Lu-
ricum. Ita egregiè petuntur conglutinandi formulæ
ordine exemplorum, sive ex serie annorum, quibus qu
accidit. Quam novissimè et inde aliquid depromsisse p
nè decet Oratorem.

SUB MON. III. Ex. IIIIIV.

Constantinum M. licet addere: eò justius, quod veræ p
etatis præbuit se assertorem. Carolus deinde Magnus et
At Hispaniæ mentio Alphonsum, sive Adelphonsum, u
prisci ferè scribunt, ejus Regem mihi suggerit etc.

I. In prima (nostræ collocationis ordine attento) formula
notatis simplicem propositionem: armatam tamen et d
coratam ratione additâ. In secundâ connexionem p
particulam deinde, cujus usus fuit opportunior, quia
præcedens etiam exemplum de Magno quodam fuit,
et hoc de alio, item cognominetenus dicto M. Post quod ex
emplum, secundum planè denarratum, pulchrè subjeci
hæc verba Lipsius (encomii, ponderis, et venustissimæ con
clusionis causâ:) Magnum Principem! (Est exclama
tio valde potens) et inde dixi (est rejectio generalis, in
geniosa et prudens) In tertiâ formulâ, conjunctio accom
modata, cum extemporalitatis ostentatione, quandoque
in quibusdam amabilis, et laudabilis.

SUB MONIT. III. Ex. V.

Tene ego hic Rudolphe Austriace, prætercam? te
qui fluctuans per dissidia Imperium stabilisti, et

gentem fatalem Sceptris Regniq; propagasti. Quo merito?
Inquirere in Deum et divina consulta nefas: nec facio:
Sed non est inquisitio, quae in aperto sunt, memorare.
Tu in modicâ adhuc fortunâ, nec nisi Comes Habspur-
gensis, pietatis multiplex studium praetulisti: et illi se-
quentem magnitudinem tuam vaticinia et divinae vo-
ces adscripserunt. Unum videamus. Venatum forte, ut no-
bilitas illa et nostra solet, cum paucis in equo exiverat.
Pluvius dies erat, et viae fractae et sordentes. Ecce occur-
rit Sacerdos, venerabilem et mysticam hostiam, extremum
solatium, aegro laturus, et occurrit pedes. Is aspectus
pium pectus perculit. Nec sine indignatione aliquâ ali-
quo desiliit: et, me vehi, te, qui Servatorem meum portas,
pedibus incedere? Indecorum vel impium sit: Conscende,
et equum hunc capta. Jussio, non preces erant. Pa-
ret ille, et iste capite revelato humilis sequitur, et ad
ipsas aedes aegri deducit, ab iis eodem habitu recedit. Jam
Domi et apud se Sacerdos erat. Qui officio attonitus, et
mente a Deo mota, bene abeunti dixit, et simul impe-
rium ipsi, posterisq; praedixit. Alii tamen ad Sveicam
Vatem hoc referunt: quidam et somnio sequentis noctis
edoctum ipsum volunt. Unde praedictio: res illa certa
ac rata fuit, ac fidem etiam nunc eventus habet.
Sed haec narratio monitum aliud mihi suggerit.
Totum hoc, artificium ejus attento, (non attenta re)
planè adscribere visum. Quare? Nam insigne

& plenum est exemplum, exempli recte producendi. Apostrophe in initio adhibita ad erigendas aures, imo oculos ipsos excitandos facit. Sic igitur locutus Orator, videbatur aliquid proponere non tam ad audiendum, quam ad videndum. Observetur, observetur itaq; hoc artificium, sed non nisi in praeclarissimorum exemplorum adductione adhibendum. Deinde nota generalem praelusionem narrationis, & scopi, ad quem collineant omnia, diligentem inculcationem. Te, qui fluctuans &c. Tu adhuc in modica fortuna &c: Observa iterum additum ad specialem narrationem. Unum videamus. Animadverte quoq; exempli Historicam per circumstantias descriptionem, & pulcherrimam per verborum colores, adumbrationes. Attende accuratam omnium explicationem. Alii tamen &c. ait Narrator. Cura similiter in Narrationibus, ut videantur verae, & cum studio prolatae, prae se feratur. Demum vide clausulam narrationis, qua pons & via sternitur ad sequentia. Sic universa atq; singula hic fuere utiq; contemplatione & animadversione dignissima. Contemplare, sis, haec bene, & animadverte, sic proficies.]

SUB MONIT. IIII, Ex. III. & IV.

Jam Robertus Galliae Rex, quam eosdem (Sacrorum antistites) honoravit, & misceri iis suum honorem putavit! Scholas adibat &c. Sequitur IV. exemplum. Sed hoc mirari, quam imitari plures volunt. Sicut & illud, quod de Osmanne, Urchane, Murato, a quibus Turcarum hoc grande Imperium coeptum fundatumq; est,

Annales ejus gentis his ipsis verbis (dignum enim easdi) tradunt: Quoties Convivas vocabant, vescebantur adhibitis Talismannis (ita Sacerdotes dicunt) quorum præceptis et admonitionibus inter convivandum aures præbebant, et Alcoranum legi jubebant. De Principibus à Monachis haec narrantur. I Alterius exempli Principium attulisse, duxi sufficere. Ibi connexio occurrit per particulam jam, otiose quasi, sed ex more eleganter, positam. Succedit ibidem finis, propter quem narratio inducitur, commonefactio generalis, sed lectis, et instituto propriis, eo usurpatis verbis. At in altero exemplo et initium et reliqua adscripsimus: Nam scitè et affabrè structum illud: ejus principio colophonem exemplo præcedenti egregiè adjungente. Idem facere et dicere, non verò erit opportunum. Connexio inibi manifesta in istis verbis. Sicuti et illud. De cætero brevitas in narratione est observabilis, et illa clausula rei propria, magnumque pondus habens, imò aculeum. Quales aculeos ex narrationis corpore cribrare et emittere, artis, vel potius magni est judicii. Exemplum hoc novissimè non carebit utilitate.

SUB C. III. MON. I. EX. II.

Annon in Ludovico XI. Rege Galliæ, simile? qui ætate et valetudine jam inclinante, Medicis blanditur et auri montes promittit, aut donat: Deinde et sanctos viros evocat, et è sylvis educit, quibus vitam suam, non emendandam, sed propagandam, commendat. Tanto interea

metu, ut in arce munita, et fenestris ipsis, atq; omni ad[itu]
clathris ferreis obstructo, sese includeret, id est, quid n[i]
si in spontaneum carcerem daret? O miser! hoc assi-
duè times, quod semel faciendum est? Hoc times, quod
in tuâ manu est? Ne timeas. Pietatem assume, sup[er]-
stitionem omitte; mors tua vita erit, et quidem beata
atq; æterna.

[Probabilis hic valde connexio, per Interrogationem fi-
gurata. Annon simile? Simile scil. et. quod ante relatum
de Alexandro M. De cætero, cui non adblandiretur ex-
stans ibidem admodum venusta, et perspicua, rerum om[ni]-
um narratio? Imo Epilogus nobis unicè arridet, cum
Apostrophe suâ, ad eum, quo de contexta Oratio: O miser
Eadem elegantia, quid? quod vi etiam verba facere lic[e]-
bit, cum aliquis protulit factum alterius, gravi qua[n]-
dam reprehensione dignum, et affectus causa tale quic[-]
quam subjicere consultissimum.]

1818. SUB MONIT. II.

Cujus rei quotidiana, benè dicam, exempla sunt. Il-
lustre in M. Augusto, qui etc.

[Hic in alio aliquo argumento, multa et obvia occu-
runt exempla, quæ rejicere eadem formulâ non ine-
ptum est. Sufficiet verò omnino reliquis nobilius ac
præstabilius in medium proferre.

SUB C. IV. Ex. I. et II.

Præcedit formula talis: Quis neget cæcitatem durio[rem]

rem lippitudine! Eam ego in paucis exemplis proponam.
Paucis, et idipsum timidè, nec aliter quam in templis
malos genios solemus ad fugiendum et horrendum.
Jam primum Exemplum: Omitto Veteres, apud quos veni-
am aliquam habuerit, in caligine errorum: apud
Christianos, qui potest? et sunt tamen, qui non vita solum
eam præferunt, sed impudenter lingvâ exprimunt:
Ut ille Fridericus II. Imperator, cui sæpè in ore: Tres fu-
isse insignes impostores, qui genus humanum seduxerint,
Mosen, Christum, Mahometum. O impure! ô impie! te
hoc dicere quod gentilium quidam olim, Christum Ma-
gum fuisse, et ex Aegyptiorum adytis, Angelorum poten-
tium nomen habuisse! Succedit alterum:
Mitior Alphonsi X. Hispaniæ Regis, sed non melior vox
aut sensus, qui solitus providentiam identidem culpare
et dicere: Si principio Mundi ipse Deo adfuisset, multò
melius, ornatiusq; condenda fuisse! Miselle, sapientiâ
supra Deum es. Lingva, quo abis? mens quo abiisti?
Sed notabile, utrumq; istum, et Fridericum, et Frideri-
cum et Alphonsum, illum imperio, hunc Regno privatos,
in publico odio et infamia obiisse. Plura non addo,
nec vel calamum, vel chartam, relatione ipsâ maculo.
[Habuimus quidem paulo ante exemplum egregi-
um Exempli improbabilis, ex quo discere fuit modum
in simili occasione Rhetoricandi: Sed hæc duo etiam

apponere, duximus esse operæ pretium, quod visa sin
ob artificium notæ præstantioris. Similiter, cum ex
pla narrantur fugienda, cum bile et animi indign
tione quadam proferentur: Imò initiò, ante ipsa
exempla scitè, quemadmodum hic factum præmittet
præmonitio et præcautio generalis. De reliquo, quæ a
abominationem excitandam faciunt, non omittenda.

CAP. V. sub MON. I. Ex. VI.

Multa hæc in Historia veteri: nri ævi unum addam
[Decet, juvat, delectat, quando suppetunt, Exempla e
recentiora afferre et proferre. Iis præludatur adscripta
formulâ.] IBID. SUB. MON. III. Ex. III.

Multa passim. Unum ex Historiâ vetere, de inclyto ill
Hannibale, inter omnes duces. Jure hoc elogium vendica
nec fuit, aut erit, qui militari astu, aut peritiâ viru
æquabit, non dicam superabit. &. et.

[Hæc formula superiori contraria, locum ht, ut
per se clarum est, in adducendo exemplo, è priscis
aliquo. Illa prælusio decurtata (multa possem) verè Li
psiana est. Habet enim Lipsius ellipses ubiq. in dictione
suâ multas. Hæ sunt profectò inelegantes, ac vix nu
nisi suo loco assumi, et valde collineantis judicii viro adhib
Insuper perquam placet, ita initio ee laudatum Han
nibalem, cujus factum et fatum sequitur.

Placet igitur eodem facto istos extollere, de quibus aliquid narratione susceptâ perscribebitur. Sed Lipsianis hisce formulis lustratis, receptui canimus, simulque proficiscimur ad aliud Formularum agmen, postquam circa illarum exempla inducenda facientium contemplationem, satis lacte, nos ~~nat~~ detinuimus.] Sit itaque

SECTIO XXX.

DE FORMULIS ARTIFICIOQUE SIMILITUDINES ADDUCENDI.

Quia similitudines profectò in Orationibus omnis generis et lucem rebus, et vim argumentis afferunt, et movent animos validissimè, ut et propter rerum varias imagines, ex quibus sunt conflatae, maximoperè Auditores afficiunt et reficiunt, aut, ut brevius, et clarius tamen, ex artis praescripto nostram, et usum similitudinum complectamur, quia illae et ad probandum faciunt et ornandum, quandoquidem et ipsae oculis se quasi objiciunt, et res, quarum causâ afferuntur; atque ideò usurpantur, meritissimo haud infrequenter ab Oratoribus omnibus, utique earum Formulas et artes hic praescribere adeò non erit supervacaneum, ut id planè sit necessarium. De istis igitur non copiosè minus, quam luculentè, juvandorum Rhetoristarum causâ, docebimus.

Primo: uti bona quidem est similitudinum cum protasi suâ atque Apodosi explicandorum ratio, per apertos scilicet terminos, seu particulas notissimas, ut, Veluti, quemad,

modum, sicuti, perinde est comparatum cum Ut, Sic, ita similiter: quia tamen eadem non nisi communis ē, aliæ occultiores, et ideò splendidiores. Formæ similitudinum sunt noscendæ, quas ordine modò proponemus et exponemus, illas maximè ex Tullianis, h. e. optimæ notæ, et sine dubio absolutissimæ, exemplis venabimur. Sic aperta ē hæc similitudo Tullii in Oratione ad Quirites, post reditum, Sect. 4

Sed tanquam bona valetudo jucundior est eis, qui è gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt: Sic ea omnia desiderata magis, quam assidue percæpta, delectant.

Item idem in Oratione pro Roscio num. 16. Quid ais? Nonne ut ignis in aquam conjectus continuò restingvitur et refrigeratur: Sic referens crimen in purissimam et castissimam vitam collatum, statim concidit et exstingvitur.

Ecce verò hic utrobiq̀ clara signa perfectæ similitudinis, hoc est, tum Propositionis, tum Redditionis; sive partis utriusq̀ primæ scil. et secundæ, ex quibus planum constat simile.

In priori signum primi membri est tanquam, secundi sic. In secundo egregiè præluditur illâ formula: Quid ais? quasi diceretur, an negabis hoc simile. Sequitur a. prima pars similitudinis cum notâ suâ, Ut, secunda, Sic: atq̀ eleganter plane ac admodum efficaciter, totum simile per interrogationem est confictum atq̀ prolatum.

Sed sexcentis aliis modis similia proferunt: quemadmodum jam aliquos ordine prodemus. Animadvertemus

enim in exemplis subjiciendis, cum similitudinis membra aliis atq; aliis particulis insigniri, tum eadem aliàs ubi planè supprimi; item verò quandoq; unum membrum poni, alterum verò omitti: aut uni includi periodo utramq; similitudinis partem, aut alterutram, vel utramq; et diffundi per aliquot periodos, ac præsertim cum comparationis membra aliquot constituunt: Deniq; tam varium esse artificium, similia pulchrè inducendi, ut omnes ejus rationes, qui velit verbis complecti, idem faciat, ac qui arenas numeret Lybicas, videamus tantum consequentia paradigmata Tulliana, et ex omnibus præcipua quædam ad notandum et imitandum excerpamus. Dico

Tullius in Oratione pro Sexto Roscio Amerino, Sectione LVI. et LVII.

Anseribus cibaria publicè locantur, et Canes aluntur in Capitolio, ut significent si fures venerint: At fures internoscere non possumus, significant tamen, si qui noctu in Capitolium venerint: et quia id est suspiciosum, tametsi bestiæ sunt, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior. Quod si luce quoq; canes latrant, cum Deos salutatum aliqui venerint; opinor iis crura suffringuntur, quod acres etiam sint tum, cum suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio, alii vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt: alii canes, qui et latrare et mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos a. maximè debetis in eos

impetum facere, qui merentur. Hoc populo gratissim
est. Deinde si voletis, etiam tum, cum verisimile erit, a
quem commisisse, in suspicione latratote: id quod con
cedi potest. Sin a. sic agetis, ut arguatis aliquem Patrem
occidisse, neq dicere possitis, aut quare, aut quomodo,
tantummodo sine suspicione latrabitis, crura quidem nemo
vobis suffringet: Sed si ego hos benè novi, literam illam, c
vos usq eo inimici estis, ut etiam omnes eos oderitis, ita
vehementer ad Caput affigent, ut postea neminem alium,
nisi fortunas vestras, accusare possitis.
[Vide verò mihi in hoc simili benè expansam, qua Prota,
sin, qua Apodosin. Protasi non est præfixa notarum ali
qua communium, quæ aperiat simile, utpote, sicut,
quemadmodum, ut &c. Sic etiam verò apodosis non ha
bet ordinarium signum, sic vel ita. At primò prima
pars similitudinis plenè ac copiosè proponitur: tum fat
rum ratio. Adhæc apodosis pluribus explicatur, sed non s
nè eo ordine in docendorum applicatione, ad dicta, ser
vato, qui in superi parte explicandâ est signatus, ve
rum eo, qui placuit Oratori, ad mentem suam & rem,
suo judicio, melius exprimendam. Est igitur hoc valdè
notabile exemplum, dignumq legi, relegi, & considerari
benè. Sic enim ejus conformatio magis inhærebit an
mo, & ad hoc exemplum, pro re natâ, simile aliud
scitè adornabitur.

Idem Tullius in Oratione eadem Sectione XC.
ad eandem similitudinem tantum allusit his verbis.
Jam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti
sunt, qui inter sicarios et de venificiis accusabant. Qui
omnes (quod ad me attinet) vellem viverent. Nihil enim
mali est, sicuti canes ibi quamplurimos esse, ubi permulti
observandi, multaque servanda sunt.
[Ubi nota, similitudinis notam primam æquè eo omissam,
ut planè desideretur alterum membrum integrum. Sic n.
plenè se haberet simile: Nihil enim mali est, sicuti canes ibi
quamplurimos esse, ubi permulti ea: Ita accusatores multos
existere, ubi multi sunt malefici. At prudenter et eleganter
Apodosin sisit Cicero: utpote, quæ per se in mentem veni-
re alicui potuit, et tanto majori cum vi occurrit, quanto
magis suppressa est. En artificium singulare.]
Cicero lib. I. Quæstionum Tusculanarum Sect. 73.
Socrates commemorat, ut Cygni, qui non sine causâ
Apollini dicati sunt, sed quod ab eo derivationem habere
videantur, quâ providentes, quid in morte boni sit, cum
cantu et voluptate moriantur: Sic omnibus et bonis et do-
ctis esse faciendum.
[Quis verò hic non videt, redditionem equidem exstare,
sed ita valde gratim positam, ut gravius non potuerit ex-
plicari? Quid ita? Eleganter sic factum: sicque fit aliquan-
do cum decentiâ. Ac præsertim cum ex antecedentibus red-
ditio alias subjungenda satis possit percipi; ut hoc loco,

Quasi dictum esset: Ita omnibus & bonis & doctis, cum ob[...]
ctatione ex hac vitâ est emigrandum. Videantur, quae apud
Ciceronem praecedunt. Alicubi a. apodosin hoc exemplo tan-
tum generaliter exprimi omninò satis est, aut potius per[...]
gi; phrasi vz variatâ, eaque quae ad rem facit, commodè tu[...]
adhibita, utpote vel generali, quali hic legitur (eo fe. facien-
dum) vel speciali, quae alibi occurrit. Exempli gratia: Illud
adhuc ee simile, quod illicò ibidem consequitur in hunc sen-
sum: Nec verò de hoc quicquam dubitari possit, nisi idem
nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis
usu venit (hic incipit simile) qui cum acriter oculis deficien-
tem solem intuerentur, ut adspectum omnem amitterent.
Sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit,
ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. Ubi
sanè in apodosi alium usurpatum ee loquendi modum clare
elucetque perspicuè, quam ille fuit in protasi. Et idem ut
fiat in aliis similitudinibus, quae gratiam habere debent, ad-
spiciendum & allaborandum. Nam & hic chordâ oberrare
eadem, hoc est, phrasin eandem repetere, est aberrare & pror-
sus ridiculum jejunumque.

Idem Tullius Lib. 1. de Officiis. Sect. 146. &
147. haec duo habet similia, quae videamus & audiamus.
Ut in fidibus Musicorum aures vel minimè sentiunt,
sic nos, si acres & diligentes judices ee volumus, animadver-
soresque vitiorum, magna intelligemus saepè ex parvis. Se-
quitur a. paulo post simile: Ut enim, inquit porro ibidem
Cicero, Pictores, qui signa fabricant, & verè etiam

Poetae

Poetæ, suum quisq; opus à vulgò considerari vult, ut si quid reprehensum sit à pluribg, id corrigatur; bisq; et secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirut: Sic aliorum judicio permulta nobis et facienda, et mutanda, et corrigenda sunt.

Colligamus verò hinc, et similia sæpè adducenda à nobis in sermone nro, et aliter atq; aliter, quod Tullium fecisse videmus, configuranda. In primâ jam adscriptâ similitudine Tullianâ, simplicior variatio solum phraseos, nri causa instituti, est animadvertenda. In secunda a. etiam paulò diligentior et accuratior est adhibita, ut scilicet res similitudine adumbrata, seu scopus similitudinis, tantò luculentius ob oculos poneretur. Utrumq; repræsentare artificium, suo loco et tempore, artis erit et artificis.

Cicero libro 1. Epistola ad Familiares IX.

Sectione V.

Nunquam præstantibg in Republicâ gubernanda viris laudata est in una sententia permissio: sed ut in navigando tempestati, obsequi artis est, etiamsi portum tenere nequeas; cum verò id possis mutatâ velificatione assequi; stultum ē eum tenere cum periculo cursum, quem cœperis potius, quàm eò commutato, quò velis, tandem pervenire: Sic cum omnibg nobis in administrandâ Resp. propositum ēē debeat id, quod à me sæpissimè dictum est, cum dignitate otium; non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.

Annotare verò in hac comparatione est operæ pretium, quomodo in ea Apodosis, utpote in qua maximum est similitudinis

cujuscunq; situm momentum, bis sit expressum, ante protaseos sc. inductionem, ut et post eandem; etsi et diligentia circa protasin sit adhibita, ut nempe hæc cum quadam verborum et copia et evidentiâ proponeretur: quod imitando afferre in similibus alicujus ponderis Apodosibus non erit præter rem: imo valde prudenter et tempestive factum.

De similitudine quacunq; in universum

hæc tradit Cicero lib. V. ad Heren. Sectione 63.

In similitudinibus observare oportebit diligenter, ut, cum rem afferamus similem, cujus rei caussa, similitudinem attulerimus, verba quoq; ad similitudinem afferamus et habeamus accommodata. Id est, cujusmodi: Ita, ut hirundines æstivo tempore præsto sunt, frigore recedunt. Ex eadem similitudine nunc per translationem verba sumimus: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, simul atq; hyemem Fortunæ viderint, devolant omnes. Sed inventio similium facilis erit, si quis sibi omnes res animatas et inanimatas, mutas et loquentes, feras et mansuetas, terrestres et cælestes et maritimos, artificio, casu, naturâ comparatas, inusitatas atq; usitatas, frequenter ante oculos poterit ponere, et ex his aliquam venari similitudinem, quæ aut ornare, aut docere, aut apertiorem facere rem, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei, necessè est similis sit, sed ad ipsum, ad quod conferetur, similitudinem habeat, oportet.

L. Rectè! sed non æquè facilis est omnivariæ similitudinis fertè proponendi ratio. Quia tamen egemus: quia, ut

similia sunt proferenda quamplurima in Oratione, ita non uno modo et pacto eodem exponi debent, quo evitetur sic fastidium. Illa quidem est obvia ars similitudines sistendi quae in comparatione allata ē, Tullio sic loci servata: Sed verò idem ille Autor alibi alias expressit artes. Quas, uti coepimus, venabimur et indagabimus solerti et pertinaci studio.]

Sic Tullius in Laelio

Sect: LXIII.

Est igitur prudentis, sustinere, ut cursum, sic impetum benevolentiae, quo utamur, quasi equis tentatis, sic amicitiis, aliquâ parte periclitatis moribus amicorum.

[Certè profectò in hoc sermone brevis, sed pulchra custodita est ratio comparationis exhibendae. Sic verò similitudinem brevi explicare, multò majoris esse artis et facultatis arbitramur, quàm longo eapropter uti sermone. Quisque sanè eam sic protulerit, et rem intellexisse, et verba habere in promptu, atque undique potentem esse in similitudinibus adducendis (nisi id fortè casu acciderit) claret, patetque. Hanc teneat aliquis item rationem, et, ut attinget, viderit.]

Lib II. De Orat. Sectione XXIII.

Sic enim se res habet, Ut quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis suae causa, fingere et construere nides, easdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris sui causâ, passim ac liberè volitare: Sic nostri animi forensibus negotiis, atque urbano opere defessi gestiunt ac volitare cupiunt, vacui curâ atque labore.

L Annotamus, offerre se bis in verbis Tullianis plenam assimilationem, quam peculiariter comparationem vocant. Collatio est alia. Vid. Voss. l. 5. Instit. Orat. cap. 10 Sect. 1. Nempè in comparatione præcedit Protasis, aut id cui assimilatur res: Sequitur Antapodosis, aut id quod assimilatur. Item Annotamus, Apodosin generaliter primo loco inveni, cùm ante simile sic præcinitur. Sic enim se res habet. Nempè ut in apodosi sequetur, & ante indicatum fuit in verbis præcedentibus. Unde dilucet, similitudinem (ut aliquando fit) probationis loco fuisse adductum. Eô scilicet fine à Nobis etiam similia quandoq̀ sunt proponenda, etsi illa vim potius declarandi habeant, quàm probandi. Causa a. hæc est, quare similitudines idoneæ, veræ similitudinem habeant: Quia nempe turpè & absonum videtur ab eâ re abire, quæ in similitudine tam est clara ac manifesta, ut quasi oculis cerni videatur. At nostri instituti causa deniq̀ annottamus, in Protasi duo signa occurrere, seu duas voces idem significantes, & similitudinibus aperiendis accommodas, quæ sunt, (nisi mendosæ sunt operum Tullianorum editiones) UT QUEMADMODUM. Similiter certè et aliæ alius sensus, ususq̀ particulæ, simul ornatè junguntur in sermone, ut sunt: JAM JAM, JAM NUNC, ERGO, IGITUR &c. Nam UT hic non sumi sane potest aut debet, tanquam Conj. causalis, quia post TO HABET, pausa est, & signum absolutæ sententiæ positum,

punctus. Adhaec, ut Conjunctio hic si esset, tum Protasis ab Apodosi per Semicolon (pendentis sententiæ notam) fuisset distinguenda. At hic aliter factum, et colon adhibitum. Demum in Apodosi non est verbum GESTIUNT, in Subjunctivo, ut cohærere videatur cum antecedente Conjunctione UT. positum, sicut nec consequens verbum CUPIUNT: Sed per Indicativum, et fit in pleno et independente Narrationis membro. Atq; sic reliquum est, particulam UT, hic esse Similitudinis, quæ cum altera QUEMADMODUM, quæ est ejusdem tribus classisq; particula, studios elegantiæ sit copulata. Quod scisse, et observasse proderit in Similitudine aliquâ eodem modo configurandâ. Atq; ideò id indictum relinquere non placuit, quin placuit tam distinctè explicare.

CIC. LIB. I. T. Q. SECT. LXXV.

Quare hoc commentemur, mihi crede, disjungamusq; nos â corporibq, id est, consvescamus mori. Hoc et, dum erimus in terris, erit illi cœlesti vitæ simile, et, cum illuc ex his vinculis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorum. Nam, qui in compedibq corporis semper fuerunt, etiam, cum soluti sunt, tardius ingrediuntur, ut ii, qui ferro vincti multos annos fuerunt.

Ecquis verò hic non videt, quâ ratione in fine adscriptorum Tullii verborum, simile adductum, sonet.

Qua? inquis. Decurtata nimirum, ita, ut protasis solummo-
do clare fuerit expressa, tacitè a. Apodosis suppressa. N-
eò: quia de Apodosi in antecessum satis multa & perspi-
verba sunt facta. At quid igitur opus fuerit crambem re-
petere, & actum agere? Par ratio, modusq., sed eadem & ratio-
ne & modo, suis locis placeat.

LIB. II. T. Q. SECT. LIV.

Ut enim fit in praelio, ut ignavus miles ac timidus, sim-
ac viderit Hostem, abjecto scuto, fugiat, quantum possit, o-
eamq. causam pereat nonnunquam etiam integro corpo-
cum ei, qui steterit, nihil tale evenerit: Sic qui doloris
speciem ferre non possunt, abjiciunt se, atq. ita afflicti &
exanimati jacent; qui a. restiterunt, discedunt saepissimè su-
periores. Sunt enim quaedam animi similitudines cum corpo-
re. Ut onera, contentis corporibus, facilius feruntur, remissis
opprimuntur: Simillimè animus, intentione suâ depellit
pressum omnē ponderem: remissione a. sic urgetur, ut se
nequeat extollere.

Et Visum est haec duo quoq. similia adscribere & exscribere.
Quia multum habent perspicuitatis & verisimilitudinis.
Quid? quod etiam, quae hic maximè attenditur, elegantiae
in configuratione suâ. Omnes verò ejusdem bonae notae si-
militudines, sive quà figuram, sive quà materiam, meritis-
simè et utilissimè à Candidato Eloquentiae annotabuntur.
Verum rerum comparationem h.l. non spectamus: ad formā

illorum mentem oculosq; unicè dirigimus, intendimusq;.
Quemadmodum in his duobus similibg haec duo nobis ob-
servantur. Primo, ratio seu causa illa sententiosè prolata,
quae posterioris similitudinis carceres aperit, dicto: Sunt a-
quaedam &c: Secundo particula item illa in Apodosi secun-
dae comparationis, non debet fugitivis praeteriri oculis,
quin potius diligentissimè animadverti, quae est: Simillime.
Rarius ea occurrit, et digna tamen, quae usurpetur fre-
quentius. Ea igitur nobis esto commendata.]
Atq; hic finis esto operae nostrae circa Similia ex Tullia-
no Horto decerpenda, cum explicatione artium, in qui-
buslibet inde allatis, observationem merentium. Infinitum
esset, omnes Comparationes huc transferre: ne dicam omnium
earum artificiosam rationem eruere, et in luce ponere.
Sequatur nos Rhetorista, et signata servet vestigia, plus
ultra tendens. Id ei vertet benè, et multò cedet feli-
cissimè fructuosissimeq;.

SECTIO XXXI.
DE FORMULIS
OBJECTIONES ET INDUCENDI ET REJICIENDI.

Apparatum formularum omnis generis Oratoriarum
suppeditare ut aggressi sumus: ita pergamus. Nam
et equidem ee non nescimus, et cantilenas vulgares,
sed quibus nulla tamen potest carere oratio.

Quas, qui habet in numerato, minus profectò in Oratio ne sudabit condendâ: utut certum, et verum, et aliarum ad elocutionis mundum spectantium phrasium, omni hac formularum congerie, multò esse præstantiorem copiam. Sed, sicut inter supellectilia Domestica, etiam vilioribus est locus: ita omninò ad thesaurum Rhetoricum prorsus hæ pertinent opes qualescunque. Accipiantur enimverò et sequentes quoque formulæ ad objectiones cum proponendas, tum refellendas, accommodatæ aliquot; quæ quasi in exemplum sunt futuræ, sive à nobis, sive petites ab aliis auctoribus, ex quorum alveolis istas depromemus; sed cum eo, ut nostras super iis anatationes, quin verò animadversiones, simus expromturi.

I

Sed antequam à mari hoc in arenam diu optatam prosilis, audire mihi videor tacitos multorum susurros, qui mussitant, me novas spargere voces, novas Philosophiæ merces nundinari: Quibus me breviter respondere permittite, et ego labiis istis pessulum obdam, atque ora isthæc obturabo illicò.

I Placet, ajo, formula isthæc: nec tamen prorsus placet. Placet nimirum, quia Metaphoris est illustris: non placet: quia ab allegoriâ incepta, saltus fit subinde ad alias Metaphoras è tabernis et officinis fabrilibus petitas. Initio enim dicitur de mari, mox de mercibus,

tum de pessulo. Addo, parum mihi placere istam indi-
ctione acerbitatem, de pessulo labiis obdendo, & ore ob-
turando. Quid si verò hæc aliter fuissent prolata, ne-
pè mollius, mitius, atq; honestius, uno verbo: elegantius,
annon id esset probabilius? Quare jam simul moneo, ab
omnib9 talem dicacitatem & mordacitatem præ se fe-
rentib9 formulis multò potius esse abstinendum, quam
easdem adhibendas. Si tamen alii aliud visum fuerit, pa-
tiemur, ut pro labris suis lactucas quærat, an carduos.)
Obstrepunt hic nobis II Momorum greges & Balatro-
num, profligati scilicet nebulones, qui sententiæ nostræ
claritatem cum non possint obfuscare, irrident tñ & sub-
sannant.
[Cæterum dico, nec hæc mihi placet Formula acerba.
Non enim sic decet loqui Oratorem, vel latrare. Vir bo-
nus meminerit, etiamsi etiam adversantes acrem me-
reantur reprehensionem, se tamen acerbius in eos in-
vehi non debere, quam se decet.]
Subonizante hic Nobis III vociferantur, imò grunniunt,
Epicuri deporci grege, qui viam ad Helicona, tanquam
salebrosam, vellicant, & sic magnam vertiginem in Ate-
narum capita ciere student, ut impetum studiorum re-
tundant laudabilem, sic locuti, allocutiq;.
[Quis verò hic item sermo alius quam latratus? imo
Canis

rabiosi morsus! Quid sibi illa verborum monstra de-
tenta volunt, bubonizant, grunniunt? Tu parcius
modestius responsare memento Orator honestè et modestè
Quadrantariis mulieribus tales relinquito formulas.
tu illas fugito.] IV.

Coaxant, Ranuncularum ad instar, rancidi nebulones
ex tenebricosis ignorantiæ cavernis, qui ajunt ee.
[Similis, non farinæ, sed furfuris, hæc cum superiori-
bus formula. Ridicula igitur, veluti furfur. Et ideò
nobis sic debet ee invisa, ut gratum tn ē furfur animal
quod Veneri est invisum.]
V.
Sic a. contra Nos insurgunt adversarii, sententiæ nræ
contradicentes, dum authoritate summi Artis, tanq
clavâ aliquâ Herculeâ, nos conantur prosternere.
[Istac sanè uterer formulâ: Sed non nisi Oratione ali-
quâ in Scholæ umbraculis habendâ. Aliter tn adhuc
loquerer in luce, h.e. virorum concione gravium.]
VI.
Sed tacitos audio, nescio quos susurros, quos secretum
gannit in aurem colors adversa, et armis et parmis, et
Arte et Marte repugnans. Quas ego crudeles Harpy-
gias, quæ cruentatis unguibus, in faciem Veritatis con-
fertim involant, omnibus viribus depellam.
[Quam ego formulam non Scholæ tantum dicabo, sed
genuinis Scholæ animalibus. Quæram a. aliquam, cum

opus erit, aliam mitiori auræ, et aures inventuram magis propitias. At summam. Nusquam magis delectu et judicio opus est, quam in hujus classis tribusque formulis.]

VII.

Annon verò sunt Homines, qui hanc ipsam, tam quidem manifestam Veritatem, allatrare non verecundantur, et non modo ultra modum, sed ultra modestiam ad ravim usque contra declamant, exclamantque potius. Pauca igitur sunt dicenda ad horum pertinaciam retundendam, qui aliter nobis forsan insultarent intemperantius. Sic ajunt etc.:

[Intempesta hæc videtur formula, et nusquam non intempestivè adhibebitur: nisi fortè locum inveniat in invectivis commodum; si fas est, invectivas adornare. Modesti certè adolescentis Orationem velim talis ornamenti esse expertem.]

VIII.

Sed en nobis tamen araneas, quæ ex suavissimis floribus horribile exugunt venenum, et inde telam aliquam, filumque subtilioris cujusdam objectionis texunt, quâ veritatem implicent et irretitam teneant. Quorum hic est sermo multus et acer, inquientium etc.

[Putem non alienam fore formulam hancce à Scholasticâ aliquâ Oratione, quæ pugnace animo sit suscepta, et bellace stylo continuata. Ibi igitur usurpetur.

Insurgit sic animosè cataphracta adversæ partis cohors
& nudam, quam proposuimus veritatem, cognito objecti-
onis adoritur gladio, eamq; expansis signis in aciem la-
cessit. [Hæc hæc verò formula sedebit instar gemmæ
in annulo, usurpata in tali Oratione Scholasticâ, cui
accommodatam esse superiorem modo diximus formulam.]

X.

Atqui, nec dum res est expedita. Nam, Hydræ veluti
Lerneæ, resurgunt capita nostrorum adversariorum,
& novum insuper objectionis telum in promptu sub-
quod in nos torquent, quorum sic sermo, an instans clam-
[Cui ita videtur, utatur formulâ præscriptâ, usui illa
esse sit in continuando cum objectionibus conflictu et pluri.]

XI.

Cum sic verò inopinus inciderim in Syrtes, ubi insuper
imminent Pyratæ, qui sub ementito veritatis vexillo
nrãm, ad scopulos causam, conantur illidere. Ego umi
in illos bombardicorum classicum globulorum emissurg
sum, ut dispellantur, & nos evadamus feliciter. Illi ajunt,
Nos contra &c. [Appage ineptias. Non tantum certè
Stomachus, sed & auris Auditorum cordatorum nau-
seabit, talibus acceptis, rectô judiciô adversissimis. Quid a.
opus talibus longè arcessitis? Uti luxuriæ intolerabilis
est, ab Elementis omnibus delicias ferculorum petere,
ne contentum esse, quos terra præbet, cibis, maximè a.
est mari remoto insolentiora quæq; appetere: Ita

Intemperantiæ in dicendo est inconsultæ, fastiditu loquen-
di modis obviis, iisq; bonis, nescio quos venari, aucupa-
ri, piscari. Sit verò ita luxuriosus, sit ita intemperans,
cui, quod libet, licet: Non a- qui sapit benè.]

XII.

At enim verò possit sic aliquis excipere, non omninò
injustum ee &c: Cui respondemus, rectè quidem illos di-
cere, qui &c: Sed inde consequens tamen non est, quod
illi rem acu tangant, qui ajunt &c.

[Simplicissima ē & fuci expers hæc formula: Sed quâ
utar libentius, quam fucatâ aliquâ, & tantam con-
servationis merente, quantum habet affectionis.

XIII.

At â furibus parum differre videntur, qui alios imitan-
tur, eorundemq; lineas sequuntur in scribendo. Non
est ita: Non furtum scl. haud committit, qui eruditè, te-
ctè & moderatè, non ruditer, & nimis quam aptè, imò ac
immodicè: & ut uno verbo absolvam, serviliter ac pue-
riliter in suum usum convertit, quæ sunt ab aliis in-
venta & prodita.

[Occupationem seu objectionem proferendi, trita ē ratio,
per particulam AT, cui subjicienda responsio, sic expli-
catur, prout aliquid, aut planè negare convenit, aut
ex parte dare. In superiori formula quicquam conces-
sum, in hac totum negotium objectione comprehensum,

inficiando et dispunctum. Ita hinc tantum modus occurrendi est discendus; aliunde cognoscetur, quomodo utraq; ratio speciosius, ac majore cum ubertate Oratoria in lucem sit protrahenda.]

XIV.

Objiciat hic mihi forsan aliquis, non etc: Respondeo: Primum hoc quidem certum est, quod etc: At hin ambiguo versatur, utrum etc. Sed hic rursus aliquis dicat etc: Erras verò, quisquis sic judicas. Imo etc.

[Priori modo obviam occupationi eundi non potest facilior et clarior adhiberi. Imò, altero est aliquid vigoris et acrimoniae; sed modum non excedentis, cum dit in responsione, Erras etc:]

XV.

Poscit enimverò hic locus, flagitat aequitas, desiderat veritas, posteaquam clarè animi nostri sententiam de praesente dictionis nostrae argumento exposuimus, ut quosdam adversariorum contrarias objectiones vix ulli ignotas, refutemus, quas tamen, quia leviusculae sunt, nec magni momenti, manu unâ, eaq; levi attingemus et removebimus.

[Hac charactere usi ad occupationem amoliendam rectè struemus gradum. Neq; dedecet, sic extenuare nobis adversantia, dummodo non acrius invehamus, aut ea deprimamus ridiculè, quae satis magna sunt, magnarumq; virium. Futilis est omnia aliena protervè con-

temnere, aut naso suspendere adunco, ipsamq; aliorum existimationem et dicta.]

XVI.

Intellexisse vos penitus, Auditores, nostram de tota hac re sententiam, confido: superest igitur, ut obstacula removeamus, et adversariorum nobis ingruentia tela excipiamus, frangamusq; Qui ipsos ex inimicis amicos faciamus, illis et nostrum robur magis cognitum facientes, et suam imbecillitatem. [Transitio haec erit ad Confutationem benè manifesta, et vix ulli ingrata.]

XVII.

Vos dum ad rationes adversariorum, quantum mea quidem feret facultas, respondebo, attente me, bonaq; cum venia porro audiatis, Auditores, oro rogoq;

Venustum est profecto et moris boni habet speciem, cum aliquando in Procursu Orationis sollicitatur attentionis benevolentia. Atq; id facere, cum ad refutationem contradicentium pergere libet, adeò à loco non erit alienum, ut sit futurum opportunissimum. Fortè enim jam in longum protracta Oratione, auscultatio remissior est. Et ea tamen opus est vel intentissimâ, cum ad ea respondemus, quae et nobis, et nostrae sententiae ponunt obicem; ut ita utroq; nomine tunc deceat aures propitias reddere, cum ad confutationem nos accingimus.

XIIX.

Quemadmodum nullus ager tam bonus est, qui cum

non producat lolium et steriles avenas: Ita nulla est tam benè fulta rationibus assertio, quæ non prematur adversariorum objectionibus. Eas, (quæ hic mihi occurrunt, ex animis vestris, tanquam herbam noxiam evelli et eradicari, tum meâ, tum vestrâ interest.
[Placet formula allegorica, nihil habet coacti, insulsi nihil. Placebit eadem, opinor, omnibus.

XIX.

In hanc a. sententiam adversarii nostri :c. quæ dic quâ facilitate asseruntur, eâdem â nobis possunt rejici Quid enim ita loqui est aliud, quam verborum inanium copiâ reclamare veritati, atque ea inficiari, quæ et olim pro certissimis sunt habita, et hodie haberi debent meritissimò, si rationi bonæ morem gerere voluerimus? Unde, quâ fronte, quo ore, quò animò, quæso insurgitis adversus publicum sensum?
[Strepera ē formula, sed alicubi non intolerabilis, qua brevior, et tamen melior sequens.]

XX.

Scio contra nos esse cum dr :c: Sed hæc objectio facilis profectò habet plane explicatus. Nam :c.
[Fatemur vulgares esse hasce, quas dedimus, refutandi formulas: Sed tales sunt commatis quas auctorum unus et alter, â quibus formulas undique sine judicio corrogatas accepimus, præbent; vix habent sane meliores. Quid? quod ex reliquo numero has, [velut

veluti præstantiores legerimus et exscripserimus. Igi-
tur, si possumus, paullò majora canamus. Absit ta-
men dicto invidia.

Ecce verò insigne ad conflictum cum vari-
is Objectionibq, simul in aciem productis,
aditus Exemplum, et Vincentii Grinisii
Oratione quâ Cometarum in Cælo
conspectorum, declaratur felici-
tas depromptum.

Age igitur, quid est, quod cum Cæli faciem horrendam,
minacem hac diram, nocentem, corporibus minuamus?
An quia Cometa repentinus è ignis, et subitarius, na-
turâ suâ minitabundus ac tristis? an quia siderum spe-
ciem habeat, et radiis undiq tanquam spiculis agmente-
tur? An quod in vertice comam ferociter attollat? An
quia terrestre sit ejectamentum, ex hac infima rerum
concretione conflatum? An verò, quod Deus ipsum ipse-
met gignat inconsultâ naturâ, nempe ut signum mali
certissimum habeatur? An deniq quod ita persvadeant
rerum eventus, doceatq temporum ratio præteritorum,
quoties Cometa præfulsit, toties consecutas, veluti ancil-
latas jurataŝq pedissequas calamitates? Tot enim video
esse capita, quibus hoc Cæli portentum, ut vulgus appel-
lat, et tanquam Hydra, nocentior, quo lucentior, morta-
lium animos oppugnat, metuq, veluti veneno, afflatos
exanimat: Quæ tamen ego capita, quanquam Hercules

non sim, Herculeâ tamen audaciâ fortasse resciendum;
& ne quotidie renascuntur, petitis â Cometa ipsa Flam-
mis, immodicam pullulandi facultatem, in fonte si-
stam. Nam etc.

ANNOTATIO.

Quomodo verò cum objectionibus hisce universis & singu-
lis gregatim sibi sic repraesentatis, seorsim collocetur Orator, ex
tota Oratione non sine oblectatione & utilitate è cognoscere.
Obfirmatum quidem in suâ sententiâ, ista contrariorum ratio-
num recensio egregiè indicat, nec non multum procul dubio
valuit apud Auditores, Orationi praesentes. quas non potuit non
stimulare cupiditas audiendi, quo pacto tam variis â se intre-
pidè allatis sit obviam iturus Orator, ac cuncta de viâ remo-
turus. Et sanè ista Allegorica de Hydra & Hercule tam fuit
suo loco usurpata, ut non poterint commodiore. Cujus generis
dictionem & artificium adhibere, sanè profectò consultum erit,
cum contra aliquam valdè irrogatam opinionem popularem
est pugnandum, eamq; talem, quae non caret aliquibus tibici-
nibus & fulcris. Quae ordine subruere ingeniosè, ut animosè
in conspectum sunt protracta, insignem conciliabit Oratori
gratiam, fidem, authoritatem. Verfetur igitur hoc Paradigma
Nostris iterum iterumq; ante oculos, ac penitissimè inhaere-
at animo ac memoriae.

Videamus vero item & hoc exemplum Refutationis
plurifariae, & ad finem additae simplicis Rejectionis,
qua plurima simul & unâ dictionis formula repudi-
antur, quod praebuit Bernseggerus in Orat. de variis
Magistrorum generibus. pag. 20.

Vocem Magister, inquit, â magis, Adverbio, derivant. Ter verò, quod adjicitur est extensio Syllabica, ut loquuntur Grammatici: non secus ac in voce Meditullium τὸ tullium nil nisi extensio vocis est, nihilq́ significat. Hæc si vera Etymologia est, ut esse verissimam existimamus, omnes alias esse falsas & ineptas oportet. Ita deridiculi sunt, qui Magister deflectunt â magis ter: quod ter aliis eruditis major sit. Propius ad Etymon accedunt, qui deducunt â prisca voce Magistro, as, are, quod Festo regere, moderari significat. Ita Magister fuerit Rector, moderator. Veruntamen, ut minister, non â verbo ministro, nec sequester, â sequestro; sed hæc potius ab illis orta sunt: Sic magister non â verbo magistro, sed contra verbum â nomine descendere certum est. Isidorus Hispalensis Episcopus, ut est in plerisq́ rimandis Etymologiis ineptissimus, ita neq́ hic â suo more decessit. Magister, inquit, est major in statione, nam στερὸν Græcè statio dicitur: sicuti minister minor in statione. At hoc falsum est: στάσις ἡ statio, στερεὸν à solidum, firmum. Est itidem, qui τὸ magister dictum esse contendit â magus, per diminutionem, ut sit parvus magus: haut secus ac Oleaster, Poëtaster, oleæ atq́ Poëtæ significationem imminuunt. Græculi deniq́ sequioris ævi, sicuti Latinis abductam hanc vocem, Civitatem suam nolentem, donârunt: Ita quoq́ suâ è linguâ petierunt Etymon: ὁ μαγάστωρ, inquiunt, est quasi μεῖζον ἴστωρ magnus scientiâ; vel quasi μαγίας ἴστωρ Magiæ sciens, seu Sapientiæ peritus: Ad quam formam ἡ πολυΐστωρ. Sed affaniarum satis.

ANNOTATIO.

Ubi consultum est animadvertere generalem Refutationis prae-
lusionem, verbis illis comprehensam. Haec si vera ee: et multo
magis illam tribus absolutam Formulam terminalem. Sed as-
saniorum satis. Paucis multa. Nec praeter verum quicquam
aut decorum. Quaedam scilicet recitasse, est refutasse. Ast
tam vilis ponderis etiam non nihil vituperasse, modo tan-
tum in rebus servato, quid vetat? In exemplum ergo
et haec esse queunt: et ubiq.

Peregregium quoq. perquam scitae et variis numeris abso-
lutae Refutationis reliquit Petrus Cunaeus, in Oratione
quadam, qua labefactavit, pervulgatam admodum opinio-
nem de annis Climactericis, atq. eorum vi, immane quan-
tum (ut creditur) admirabile, in Rerump. et Civitatum con-
versione. Unde item artes quasdam notitiae nostrae inferemus,
mandabimusq. non Eclogis tantum nostris praesentib9, sed
memoriae etiam.

Rem sic proponit, p. 49. et insimul Refutationis sen-
tentiae sternit viam planam et plenam, mul-
tifariâ amoenitate, jam jam disertius evolven-
dam, cum inde huc translata fuerit: Cu-
jus haec sunt verba.

Excutiendum nunc est, quod â maximis eruditissimisq. homini-
bus constanter traditum, pectora penè omnium pervadit
turbatq. Nimirum inhaeret plerisq. illa pervulgata opinio,
esse in annis Climactericis vim quandam, quae non homini-
bus tantum, ac vitae eorum, et fortunae; sed Rebusp. etiam

atq; Regnis et Imperiis interitum, aut certè mutationem quandam in pejus meliusve, vel grande periculum afferat. Hæc, an vera sint, et quid tribuendum huic opinioni sit, idq; exquirere operæ pretium foret. Equidem ego, ut veterum re. ceptissimis sententiis non libenter obluctor; ita existimo servile, et ingenuo homine indignum ēē, præjudicatis opinionibq; semancipare. Quod siquid uspiam sit in artium disciplinis, aut aliquâ superstitione, et anilium rerum deliramentis conjun. ctum, id verò neq; probare ego possum, neq; libenter nomen meum inter hos profiteor, qui ea respuunt, atq; aversantur. Planè a. existimo, neq; hæc, quæ multi pertinaciter de vi annorum Climactericorum asserunt, justis rationibq; subnixa esse; et, si fortè quis confutare exactè omnia in rebq; obscurissimis, neq; possit, neq; velit, rectè tamen atq; ordine facturum esse, qui neq; assensum his præbeat, et amplius deliberandum esse existimet.

ANNOTATIO.

Cujus verò non mentem oculosq; afficiat Oratoris tam per. spicuè, tamq; modestè locuti icon. Res, quam lubet ever. tere, sanè profectò, claris atq; veris verbis est initio producen. da in medium. Quod Oratorem hoc loco fecisse negatum ibit nemo. Deinde autem, quia à communi opinione abi. re, et sensim aliquam fovere sententiam, res ē præjudiciis atq; odio obnoxia; morum specimen ibidem egregium præbuit Orator, cum scitis, atq; modestiæ plenissimis verbis indicavit, quam penè invitus ad publicam accesserit sub. movendam labefactandamq; sententiam, et ad privatam

suam evulgandam confirmandamq. Cui accedit, quod
omnes monet, suis non illico accessuros partibus, ut in me-
dia persistant via, nec temere ad extremum alterum de-
flectant latus. Qua moderationis & aequitatis declaratio-
ne, quid potuit ab Oratore audiri honestius aut probabi-
lius? In his vestigiis, quilibet verba facturus, si in re nondum
extricata versetur occupatus, tuto & cum omnium assensu,
(etiam cum nondum assentiuntur) imo & certissimo
applausu ponet pedem. Omnium ajo, qui quae vis sui mo-
mentis, & ex honestae ingenuaeq. Eloquentiae indole, non
ex protervae & caninae furore aestimant. Pergit Orator
(iterum exemplo suo nobis commendaturus aliquid
scitum, vel scitu dignum aliquid) primo Exemplorum
objiciendorum vim infringens, & deinde authoritatis
hi opponendae reclamans. Illa gratia, hoc modo:
Neq. ad rem facit, quod exempla quaedam referuntur
earum Civitatum, quae ad finem ejus pace interierint.
Hac gratia, his verbis utitur. Quod a. Plato in libro VIII.
de Republica, imperiorum mutationem pervestigans, mul-
ta de numeris loquitur, adeo nihil est, ut qui verba
ejus inspexerit, mera aenigmata esse existimet. Etsi v. eo-
tum opponens authoritatem authoritati: quanto rectius,
inquit, omnia haec & perspexit, & consultavit Aristoteles,
maximus ubiq. author materiae veriq. Is q. ut status
has Rerump. mutationes etc: Deinde argumentum suae
sententiae contrarium oppositurus, quo arietetur alte-
ra sententia, sic infit: Quoniam semel initium de-

re dicendi feci, longius me provehit hæc tractatio, et aliud
quasi ex alio suggerit. Dato nos omnes mihi concedere, nul-
lam in toto hoc genere disceptationis certam esse normam etc.
Tum verò ab adversariorum, ad incitas redactorum, exem-
plo, præclarè perorat, in hunc modum: Quin video herclè, hos
ipsos fatalium annorum calculatores, qui integra Regna et
Resp. ad climactericos numeros alligant, ingenuè et rotun-
do ore confiteri, oracula Danielis, de Imperiorum ortu et oc-
casu non liquere sibi. Jam felix faustumque sit, jam tandem
ignorare aliquid incipiunt. et in ordinem se cogi vident, mo-
destiores ut sint. Et denuò de iisdem: Horum si argumenta
et opiniones discrepantes, audiveris, planè tibi illud evenerit,
quod apud Terentium de Mipsoniconte, qui cum Advocatos
tres eodem tempore consuleret, incertior sum multò, inquit,
quàm dudum.

ANNOTATIO.

Quid hic non præclari, venustique? Quæ exscripsisse est di-
dicisse scitè rationem in Refutatione Oratoriâ versandi,
hoc est, eludendi exempla contraria, elidendi testimonia ad-
versa, collidendi authores inimicos-amicos, illudendi etiam co-
miter et probè adversariis. Certè, nihil indecori, nihil insulsi
nihil inscitii, reperiet hic aliquis, vel lynceus etiam: Atque quæ
nos invenimus ibidem, judicio nostro, tam pulchra V. l. osten-
dere et ostentare, planè visum fuit operæ pretium. Quæ
verò tantopere laudanda esse ducimus, ea dignâ imitatio-
ne ut judicemus, æquum est, imo, uti eadem imitemur, utile.
Sed claudamus demum classis hujusce Formularum car-
ceres, alias a. alius classius Formulas aperiemus.

Quanquam enim essent adhuc displura Exempla, ex quibus modus refutandi, aut refutationem potius instituendi, Oratoriis magis magisque innotesceret, digna apponi in promptu: Satius tamen videtur ab istis manum tollere. Cui libitum fuerit è Rhetoristis plura coacervare, inque inciderit mentem, intendat et eadem exscribere, hisque adjicere haud gravetur. Qui nempè ita sibi severit, sibimetet abundè. Nobis quidem modò convertere alio placet operam.

SECTIO XXXII.
DE FORMULIS TRANSEUNDI ET CONNECTENDI.

Atque jam Nos dehinc conferamus in campum longè latissimum omnis generis transitionum, hoc est, ejus artificii cum Exemplis, tum observationibus multò luculentissimis declarandi, quod è praecipuis est Oratoris: ut omnes videlicet Orationis partes, et ornatè, et variè et accommodatissimè inter se devinciantur. Quam autem hac in parte praestantiorem et faciliorem nobis optemus Hodegum? nullus è, quàm Jacobus Huges, Insulanus, quem ideo attentissimè et alacriter sequemur. Utinam assequamur artificem artificiumque! Illum de hoc audiamus illicò ante omnes, et omnia, disserentem, qui sic praeclare: Ut corporum omnis pulchritudo non colore solo, sed vel apta maximè membrorum omnium connexione consurgit: Ita Orationis non minima venustas est in ejus partibus singu-

gulis, tanquam artibq; exactè & decenter colligandis,
existit. Porro hoc idoneè Transitio efficit, quâ semper opus
est, sive ad narrandum aliquid aggrediam, sive ad con-
firmandum, sive confutandum, sive ad Argumenta & ra-
tiones longiores nectendas, sive ad digrediendum, sive ad
concludendum atq; perorandum. Transitionum nervis ac
vinculis nulla, vel minima sententia vacat: His rationes
& argumenta brevia expoliuntur: His minores Conclusio-
nes atq; Epilogi aptissimè ornantur: His testimonia autho-
rum, His exempla, aliaq; in medium adducimus. En
multa profectò paucis: sed planè verissimis verbis. Ad
rem verò acceleremus gressum, & ex authore laudato, lau-
datissima queq; excerpamus. Ac primò quidem defi-
nitionem ejus generis Formularum, quæ ad Transitio-
nes connexionesq; Oratorias faciunt, accipiamus, tum
Exempla & observationes inde elicitas, subjecturi.
Placet inquam Transitionis hæc descriptio ab Autore
prolatas quæ est, quod sit via atq; medium, quo ab alia
Orationis parte, ad aliam afferendam progredimur: vel
quod sit vinculum sive nexus, quo pars Orationis posteri-
or cum priori aptè connectitur. Quâ certè ratione & plenè
& planè satis dictum ab Authore, quid sit Transitio: namq;
inde, quaenam ejus sit natura & potestas, haud liquet
obscurè. Quanquam a. ut videri potest alicui, Auge-
rius paulò liberius ad Transitiones trahat omnes Orationis
partes, cum majores, tum minores, nihil tamen errat;
quando non tam partes ejus attendit, ut suomet

ipsarum respectu sunt conformandæ; sed prout quæli-
bet earum præclarè et commodè inchoari pt, innectiq
Orationi toti, atq annecti subnexione partibq aliis
atq aliis. Unde nos neutiquam pigebit vestigiis ejus
prorsus insistere, atq omnis generis transitiones tales in me-
dium afferre, quæ aut huic, aut alii Orationis parti erût
propriæ, omnesq cum exemplis aliquib. declaratas da-
re, tum Observationibq.

I.

Agite igitur, o mei auditores, de ratione pueros in-
formandi diversâ, quantum vires nostræ ferunt,
edisserentes, nos auditote in præsens, cognituri, tam
quæ de privatâ scire attinet, quam quæ de publicâ.
[Est hæc communis equidem, ac laudabilis tn omni-
nò, atq utilis transiendi ratio, cum quid dicturi su-
mus pariter generatim, pariter partitione aliquâ spe-
ciali adhibita indicamus! Eaq certè Transitio in
Formulis etiam proponendi locum habet, tamq iis,
quæ sub Exordii finem, more solito inferuntur, quàm
aliis, cum in ipso Orationis curriculo, ab uno ad ali-
ud è præcipuis membrum contendit sermo. Ubi et
dictiuncula illa exhortandi, AGITE, tam sedet benè, quàm
potest loco ullo. Uti Cicero quoq eadem haud rarò uti-
tur: nempe in Orat. pro L. Manliâ. Age verò illa res,
quantum declarat ejusdem Hominis apud Hostes Popu-
li Romani auctoritatem, quod etc. Item. Pro Cluentio
Age verò, venenum p quem datum? Ibid. Age vero vicino-
rum quantum studium, quam incredibilis benevolentia?
quæ ista cura est!]

II.

Accipite nunc, quaeso, quid Biblia legenti attendendum, ut ex eorum lectione bene recteq instituta, non erudi tionis tantum acquiratur copia, sed et pietatis, bonorumq morum affatim.

[Quae sane transitio in ipso Orationis cursu erit com modissima, sicut Ciceronianae est consvetudinis atq Ele gantiae, consimilem plane in modum, et diserte simul simulq morate transitum facere. Sic ille Philippica secun da: Accipite nunc, quaeso, ea, quae ipse in se atq in Domesticum dedecus impure atq intemperanter. Sic utiq clare dicitur, quid ad percipiendum tradatur. Ab moratum est, objici illud blandum, quaeso: Aliquando tn sine conciliatricula ista voce Tullig transiliit. Ut in Orat. pro Balbo: Cognoscite nunc judicium Senatus, quod semper est judicio Populi comprobatum.]

III.

Sed antequam expono, quomodo Auditor Christianus, cum fructu plurimo, Conciones audire queat, com monefaciendum esse utiq videtur, qua ratione se is domi componere debeat, ut animo libero ac attentissimo in aede sacra publica, vacare possit audiendo verbo divi no, ejusq explicationi. Hoc igitur quam brevissime ac simul dulicidissime exequar.

[Manifesta est notae hujusce Transitio, quae profert ex plicanda duo vel plura: Sed cum eo, ut rationem si mul insinuet aliquam, aut Oratoris aperiat judicium, cur, secutura isthoc ordine producentur. Sic in praescri pta formula Oratoris optatio, causae loquor (nam cre dibile est in publico Orantem coetu nihil temere facere) proponitur, verbo videtur adhibito. Sed nihil vetat

causam quoq; aliam sententiam adducere, et verbis clarius proponere, quâ ea cum probetur series, quam tenere velit dicturus, in iis, de quibus verba debent fieri, exponendis. Ciceroni certè consimilis formulae usum placuisse ostendunt hæc exempla duo: ne plura conglobemus, pro Milone: Sed antequam ad eam Orationem venio, quæ est propria nostræ Quæstionis. Videntur (nota benè) ea esse refutanda, quæ in Senatu ab inimicis sæpè jactata sunt. Idemq; pro Quintio: Antequam doceo id factum non esse, libet mihi (nota benè) Aquili, ex officii ratione, atq; ex omnium consvetudine, rem ipsam, et factum simul Nævii considerare. Geminæ notæ transeundi formulæ passim erunt obviæ, cum apud eundem, tum apud aliosquoq; Oratores.]

IV.

Quam igitur sit noxium Adolescentibus Studiosis, si perditorum gregalium utantur consvetudine, indeq; cum moribus ipsorum, tum famæ et opibus, quam magnum immineat periculum, dum isti vitiis ferè corrumpuntur: Illa læditur, hæ dilapidantur. Videor mihi jam sic satis exposuisse. Pergam deinde ostendere, quomodo ex ea causa non hoc corpus eorum tantum, sed et anima extremò affici non nequeat damno. Qui a. me hactenus attentè audivistis ô mei: reliqua a. non auribus modo, sed et animis arrectis accipite attentissimè. Quæ n. jamjam dicentur, vel maximè omnes terrere debent et possunt, ut cane pejus angveq; sodalitia mala fugiant, quando longè certissimum ee pt, non sanè tantum afferre posse detrimentum aut canem rabiosum, aut venenatum serpentem, atq; affert inconsultum cum vitiosis et improbæ notæ hominibus commercium. Audite

itaq; sultis, (& velle debetis utiq; meritissimè) atq; in pe-
ctus etiam admittite, quæ in eam sententiam animo
beno consilioq; proponentur ulterius. Nam &c.

Est hoc usu plurimo approbatum genus Transitionis, cum
Oratores non proponunt tantum dicenda, sed
etiam, tam tacitè dicendorum laudatione attentionem ani-
mum sollicitando, quam verbis istud apertè clarissimèq;
significantibus. quid? quod et amat fieri, ut rationes quandoq;
explicentur, quibus ostendatur, tam nova, quam utilia
atq; præclara, aut, ut unico absolvam verbo, auditu
digna propositum iri. Quo item artificio, quam præscri-
psimus, constructa est transitionis Formula. Neq; diu
quærenda sunt aliorum Oratorum gemina exempla:
præsertim enim Tullii hæc sunt præsto.

Ille pro Cluentio: Quoniam igitur hæc modo gesta
sunt repetam paulò altius, Judices, et omnia, quæ in
diuturnâ obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut et cer-
nere oculis videamini. Vos quæso (ut adhuc me attentè
audiistis) item, quæ reliqua sunt, audiatis: Profectò ni-
hil à me dicetur, quod non dignum hoc conventu et si-
lentio, dignum vestris studiis atq; auribus esse videatur. Nam &c.

Idem VI. Verrin: Sentio, Judices, occurrendum esse sati-
etati animorum vestrorum; quamobrem multa prætermittam:
Ad ea a. quæ dicturus sum, reficite vos, quæso per Deos
immortales, dum id ejus facinus commemoro ac profero,
quo tota Provincia commota est. Viderit tamen Orator, sic
prælusurus dicendis et adducendis, ne loco captet alie-
no benevolentiam, quam certè est amissurus, si exigua,

quæ tamen eximiè laudaverit, protulerit in medium: cogitantibus scilicet Auditoribus, parturiunt montes, imo etiam indignantibus, ut, cum in fermento sunt Matres familias, Gallinâ admodum glocitante, et tamen nihil parturiente. Ovumve solemmodo subventaneum]

V.

1 Quid a. Vos moror diutius? Tempus me monet, ut de singularibus Eloquentiæ feliciter et faciliter comparandæ adminiculis, quæ nobis quidem sunt nota, et quod brevissimè dicam, secundo frequentata usu, verba faciam. Inter quæ hoc quidem primum, ac tantum non Princeps duco. Si quis ex.

2. Dum ego a. sic inhæreo proposito nostro, ita ut non videar mihi tantillum ab eo ubicunque declinasse Oratione, videmini expectare, ut ad illud deveniam, quod judicio nostro vel maximè huc pertinet. Dicendum esse, inquam, arbitramini, quinam libri potissimum sint comparandi, Bibliothecam selectam comparaturo? Postquam ingentem obviis quibuscunque paginis refertam. Enimverò expectationem vestram vellam pacto nullo: sed hocce etiam ad Orationem nostram omninò faciente capite, quanquam longè gravissimo, ut possum animi, ne dicam judicii, nostri intimam patefacturus sum rationem.

3. Ego verò benè memini, cum initio proposui dicenda, esse me pollicitum, quod secundo velim loco explicare, quænam primaria stili sint exercitia, in quæ potissimum incumbere debet aliquis. Id quod Orationis nostræ caput alterum malo aggrediar, inque eo explicando sic versabor,

sicuti in superiori; hoc est, brevi et perspicuo, quae re-
stant, exequar sermone.

Postquam de eo hactenus processi Orationem, quod me- 4
moria potissimum iuvare et corroborare queat exercita-
tione multa; cogitare quicquam posset, ipsam nostram
id fugere memoriolam, quod promisi, futurum, ut hoc
quoque ventilarem, anne etiam sit consultum memoriae
ferre opem pharmacis, ut sit validior, fideliorque? Ac ne-
scio quem me sic monentem audio: Aude quoque hoc excu-
tere, ut audiaris, quid de isto memoriae auxilio sentias,
quod medicamenta possunt praebere, nisi respuantur?
Quod, ut â nobis intactum relinquatur, absit: quin
potius illud addimus alterum Oratiunculae praesentis
membrum. Ego verò sic iudico (si quid in me est iudicii)
Auditores, quod etc:

Quia verò Historiarum modò facta ē mentio, dum 5.
coepimus vos, mei Auditores, ad omne literarum genus
omnes studiô excolendum impellere, non praeter rem
erit, imò et utilitatem vestram, si diligentissimè vos item
hortatus fuero, ut Historiarum lectionem tractationemque ve-
strae industriae sinatis esse quam commendatissimam.
Ne dicam enim, operam nullam esse iucundiorem, quàm
rerum gestarum varias narrationes cognoscere; immen-
sa inde potest acquiri Prudentia, si noverit aliquis, quae
sint facta vel imprudenter, vel prudentissimè. Idque verò
docent Historiae: eaeque â viris prudentissimis scriptae. Atque
tales velim ego vestris cum diurnis, tum nocturnis versa-
ri manibus. Nam nugas quasdam fabulosas, aut

fabulas nugaces omninò non attinet adire: quam præstat ab iis fugere. Latet n. anguis in herbâ istâ.

b. Ac, ne nimium longus sim, misso primo Orationis nostræ Argumento, ad alterum me accingo, tam breviter expediendum, quàm maximè brevissimè id fieri pt. Satietati enim, vel potius fastidio aurium libenter occurrere volo. Istud igitur exponam, quomodo scilicet ea.

L Ex quibus VI. formulis ordine præscriptis, discere scilicet lucidenter datur, ee tale transeundi genus commodum utiq; et egregrium, cum pro causâ novam Orationis partem adeundi, vel tempus, vel auditorum judicium, et expectatio, vel propositio nostra, vel finitus quidam Monitor, vel aliud casu quasi prolatum (cui illicò subjungi debet dicendum, ut ex semine opportuno propullulasse videatur,) vel brevitatis studium, vel aliud simile quicquam adductum, quæ omnia, ut causæ loco à dicentibus non habentur immeritò, ita Auditoribus commendata facilè probabuntur. Siculi verò istæ ipsæ causæ sunt probabiles: ita et formulæ inde natæ (quales etiam multæ sunt Ciceronianæ, quas præter hanc unam, à Tullio lib. IX. Inst. Orat. Cap. 2. laudatam, studio supersedebimus adducere. Tullius scilicet, narrato Pisonis exemplo, qui annulum sibi ab artifice in Tribunali cudi jusserat, velut hoc in memoriam adductus adjecit: Hic modo me commovet Pisonis annulus, quod totus effluxerat. Quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis annulos aureos abstulisse

Atq; uti

VI.

Atq; uti in tam foedis, plenoq; adversis rationi sceleribus vitam degere ostendi turpitudinem eo longè maximam: ita declarare modo pergam, esse ea propter periculum tam grave metuendum, ut gravius esse possit nullum, quippe quod tum animæ, tum corpori, miserrimè in æternum affligendis, imminet. Dubitat verò aliqs? Audiat D. Paulum sic tam clarissimè minantem, quàm severissimè. etc.

Nec verò literarum tractatio, artiumq; cultura liberalium, honestior censeri debet, quàm utilior. Illud igitur autem accepistis, igitur et hoc ostensum ibo. Nonne. etc. 2.

Non est autem molestus minus, quàm infelix progressus, (si datur etiam progredi) in studiorum curriculo, cum certum finem nullum sibi aliquis habet propositum, viam certam nullam, tempora certa nulla servat, hoc est, sine methodo legitimâ dat literis operam. Alterum jam videor mihi persuasisse vobis: de altero verba porro faciam. etc. 3.

Me verò non officii mei ratio minus impellit, quam ipsa et ergo omnes Eloquentiæ, et literum quarumcunque alumnos, propensa voluntas, ut quosvis adhorter, ne uni cè tantummodo adhæreant novis atq; recentibq autloribus; Adhortor potius diligentissimè, ut et veteres legantur, ex quorum fonte ad nos pleraq; sunt derivata, ut ei officio nec satisfecerim ex parte, dum satis multa in eam sententiam protuli, adjungam tn plura, hujusce voluntatis nostræ multò luculentissimè declarandæ ergo. Videte enim mihi, quæso, ô mei bonæ 4.

mentis cultores, annon ipsi universi et singuli hodie
prodeuntes Scriptores laudent priscorum monumenta,
unde sua fatentur deprompsisse. Ut quidne igitur nos
ea recte adeamus et evolvamus, quos ab istis esse
aditos et evolutatos intelligimus, quibus nos quasi
mancipamus legendis.

5. Graviter esse utique aberratum, atque turpiter circa S.B.
quod in corporis Voluptate constituisse creditur ab
Epicuro, probatum est: Sed ne credamus reliquos rem
acu tetigisse Gentilium Sapientes, quos vocare mos
est Philosophos. Hoc vero exponam, præter ea, quæ ha-
ctenus dixi, quantopere universi et singuli sint repre-
hendendi, utpote tam incerti, quam falsi, nam de:

6. Magna itaque sane fuit Gentilium cæcitas (quam de-
dixi) qui Coelum, Stellas, eaque, quæ sunt è tellure pro-
gnata, Deorum loco habuere: Sed multò mihi etiam
major videtur eorum, qui, cum Solos se luce divina col-
lustratos esse arbitrentur, Statuis se advolvant, sic æ-
stimantes, se sanctis, qui sunt in Cælo, rem facere gra-
tam, quasi illi sint tali cultûs, qui simulacris ipsi
exhibetur, sive conscii, sive cupidi. Fidemque etiam fa-
ciam dictis hisce longe facillime

7. Sunt, qui vim quandam miraculosam, cultis nescio quomo-
do Simulacris et imaginibus Sanctorum tribuunt. cum Divi
Petrus Paulusque dum patrabant vivi miracula, disertis ver-
bis vetuerint, ne homines in se converterent oculos, sibique in-
sanum magnum Honorem haberent, quemadmodum in
Historiâ Actorum Apostolicorum est legere. Sicuti igitur

hactenus docui, esse omninò verè Sanctos in honore et pretio habendos: ita eò jam mea se convertet Oratio, ut liquidùm faciam, nefas esse adorationis et genuflexionis cultu eorum prosequi Icones, multò verò minus esse Sanitatis, aut quicquid est bonorum corporis atque animae, ab iisdem seu petere, seu expectare.

Etsi verò literarum Studiosos acriter hactenus instigavi ad diligentiam, ita ut monuerim eosdem gravissimè, quo temporis rationem habeant potissimum, nec ullum annum sibi patiantur elabi, minimè auroram stertendo: Non haec tamen mea est Sententia, totum diem, ipsasque noctes insomnes esse tribuendas literis, ita, ut malit aliquis vitam perdere, quam tempus. Absit illud spasi: Hoc dissvadebo quammaximè: Studendum enim est artibus bonis, ut studere possis diu, et studiis prodesse publicè. Si a. nimiopere laborando mortem tibi acceleres, ecquis ex profectu tuo à te, et alios, hac in vitâ fructus.

8

ANNOTATIO.

Animadvertere est in Formulis hisce octo, esse hoc earum artificium, quod fiat ibidem transitus ab unâ dictionis parte ad alteram, comparatione utriusque, utriusque inter se institutâ, aut ostenso, sequens membrum cum antecedente, aut par, aut majus minusve, simile vel dissimile, contrarium vel repugnans. Quodsi igitur eodem modo conferantur capita dicendorum, ut separentur et et distinguantur, pro quorumcunque vaa et indole, transitiones et scitae, et manifestae erunt in promptu.

VII.

Quid longas necto ambages? Dixit veritatis os, Jesus: Portæ inferorum non prævalebunt adversus Ecclesiam. Igitur non cogitet quisquam imminere Ecclesiæ periculum, vel etiam excidium, ab hominum armis. Ipsa vis Diabolica, quæ est multò major in humanâ, non afficiet unquam, ut nulla sit Ecclesia, h. e. Cœtus Hominum de CHRISTO JESU idem profitentium, quod de eodem dixit S. Petrus, esse Dei filium. Jamque verò hoc ostensum ibo, quantum sit in eo situm, tam præclarè atque eximiè in iis, quæ modo adduximus, verbis locutum esse Dominum, de Ecclesiæ Cristianæ perduratione æternâ. Neque illa ullâ ratione falli poterit, aut fallere esse.

2. Labore vendunt dona sua Dii mortalibus; vetus est verbum. Igitur nihil est, si credas, posse te id optando in Studiis consequi, ut evadas Eruditus; intendendæ tantum sunt corporis animique vires, ut majores indies acquiras profectus. Ora utique DEUM, sicuti dixi, quotidie gratiâ suâ adsit: sed et labora, atque utere strenuè adminiculis Eruditionis comparandæ reliquis. Tum vivos inprimis autem, tum mutos adi et audi Magistros, iisque adhære. Hoc enim est, quod porrò inculcatum ibo.

3 Scilicet levè fit, quod benè fertur onus. Hoc itaque porrò nobis revocandum est in mentem, cum adversa nos premunt, non esse nobis indignandum, quin in id incumbendum, ut quam patientissimè ea tolleremus.

Siquidem enim etiam renitamur valde, adeò non avertemus mala, quæ instant, ut eadem sirius accelera, turi, quæ graviora quoq; experiemur, postquam jumen, to nostro accersita fuerint.

Ac, quod reliquum est, accipitote, sultis. Qui pati ti, 4. met, non est ejus, qui nobis passus est: ait Tertullianus. Quapropter vel eò feramus patienti animo omnia, quæ divino consilio eveniunt, ut Christi nos ostendamus membra, cum ille, tanquam caput nostrum, gravissi, ma quæq; sit perpassus, nos a. debemus ei esse in pati, endo esse conformes, ut simus olim in regnando. Præter illa igitur, quæ patientiæ animis nostris ingenerandæ caa protuli, etiam hoc omni studio inculcatum ibo, quod modò tetigi de nostra cum Christo non tàm fugiendâ, quàm potius appetendâ similitudine.

Jucunda est malorum præteritorum recordatio. Per, 5. fer igitur et obdura. Sint quæcunq; acerba digastanda, noli nimium adversari adversis. Erit aliquando tempus, ut gratuleris tibi, postquam superaveris omnia. Cum lætitia enarrabis triumphum de iis te reportasse, cum quibus confligendum fuit, non sine honore. Quamob, rem, quàm sit præteritorum meminisse adversorum multò suavissimum, jam item exponam: Vos me, ut cœ, pistis, benevolè auscultare pergite.

ANNOTATIO.

Vin scire, quale sit his in formulis, quas produxi, mus, expressum artificium? scitum tetigi, et singulare.

Id quod inficias ibit nemo, qui ipsas illas Formulas paululum inspexerit penitius. Ipsa etiam tam auris, quam mens, vix leviter istis imbuta, quam inde perce-perint voluptatem, facilè indicabunt. Nos verò aperie-mus tribus id artificii. Est illud in eo situm, quod ex mem-bro Orationis proponendo, quod adeundum ē, elicitum fue-rit consequens, idq̃ ad hæc propositum sit per Epiphonema seu sententiam aliquam auctoris non ignobilis benè co-gnitam. Atq̃ hæc, ut per se audituì est jucunda, ita totam Formulam reddit amabilem, et aurium mirifi-cè sollicitat benevolentiam, vel arrigit potius, arre-ctamq̃ tenet attentionem. In exemplis auctorum simi-libq̃, non est, quod dubitemus, occurrent benè, dum-modo animadverteremus. Nos nostra, hoc est, nostro conficta Marte dedimus.

VIII.

1. O verò etiam perquam miseros illos, qui nomen dant militiæ! quàm enim multa sunt, quæ experiri co-guntur, adversa! de quibus nunquam cogitavere. Credunt, ac nescio, an ab aliis sic sint persuasi, aut si-bi ipsimet persuadeant, bellum ēē adjectivum, in quod proficiuntur: sed serò, at serò, demum edocti, aliud persentiscunt, quæ, si pesciant, mala, quæ belli sectato-ribus sunt perpetienda, nolint velint, sermone exeq conabor.

2. Nunc verò tantus me invadit terror horrorq̃, quem verbis exprimere nequeo, cogitantem, quàm gravia

sint futura damnatorum tormenta, eaq; quod constat, aeterna. Carere DEI aspectu, et simul usu bonorum omnium est utiq; miserum; miserrimum a. insuper, nec sermone explicandus, nec cogitatione assequendus, tollerare poenas, quae Diabolis quidem sunt destinatae, sed Hominibq futurae sunt communes: quippe qui cum salvari noluêre, damnari debuerunt ob peccata, q adversus DEI mandata commiserunt, tum contumaciter, tum perseveranter, et ob infidelitatem, quae peccatorum est Scaturigo omnium, DEO adversissimam, et solam damnatione dignissimam. Iterum a. dico, fremere me, et toto corpore animoq; commoveri, dum eâ de verba facere aggredior.

Sed de bonae Conscientiae, quam vobis hactenus commendavi, tranquillitate, plura dicere paratum, avocat gaudii consideratio, quod ex Conscientiae integritate proficiscitur. Id ut ego intus maximè cum Voluptate persentisco: ita de eodem, veluti verba dictabit affectus uberior, uberius paululum non potero non disserere. Atq; quemadmodum Poëta aït: Si vis me flere, dolendum Est primus ipse tibi: ita spero futurum, ut, me laetante, laetitiâ item afficiamini A. omnes et singuli: dum de fructu tam praeclaro, cum meae, tum vestrae, per DEI gratiam, sanae conscientiae, pergo loqui. 3.

Quanta verò etiam Martyrum fuit laetitia! quum 4.

vultu, gestu, verbis, prae se satis apte tulerunt
Ibat ovans animis et spe sua damna levabat
ille: cum quo ego tam de ipsius jamjam adituri, dirissimos quosque cruciatus, quam de aliorum gestiente gaudio, laetabundus dictionem sum prolaturus. Nam, ut velim, comprimere me nequeo. Nam omnia minus, quam mens, se erigunt, exultantque.

5. Equidem de quampluribus ebriorum damnis verba faciens, sum profectus longius: ac piget me taedetque de insanis ac turpibus eorundem moribus quicquam addere. Nec fas tamen istos indictos intactosque relinquere. Ex quorum foeditate aliquatenus tantum prospecta crescet, opinor, tam ebriosorum turpissimum odium, quam vitii, quod eos usque adeo reddit insanos faedosque. Ebrietatis inquam.

ANNOTATIO.

Plures hujusce classis confingere et apponere formulas, non esset usque adeo difficile. Sed haud eo opus. Videre est ex adductis, qualis sint generis ingeniique. Fieri utique amat, ut sine ullo Transitionis longe quaesitae artificio, ab effectuosa Oratione exprimenda provolemus. Atque ideo non est necesse iis viam sternere. Affectus eam facit, qui cum vi erumpit. Idemque dictat verba affectus: sicuti furor arma ministrat. Sciendum igitur per Transitionum genus confictum, h.e. per verba pathetica. Eaque valde bona est transeundi ratio, ubi quidem locus se affert affectus declarandi.

IX.

Nec sanè plures deessent sub certis signis suis producendæ Formulæ speciales, Transitionibq aptæ, quarum idem et exempla et artes supra produxit Agesius: verum, istis quasi missis, placet non manu, sed veluti modio, imo sacco serere, hoc est, visum est, sic insuper de Transitionum opere Oratoriarum artificio, ut, quomodo aliter atq aliter eædem concinnari queant, edisseremus, attento quarumcunq in Orationibq loco proprio. Igitur quales cujuscunq Orationi parti conveniant Formulæ, ut explicemus quam luculentissimè, opera sedulò dabitur. Observentur igitur hæ Formulæ.

I
Exordii.

In quo, cum post ejus O. principem, quâ constat, et ipsam Propositionem, in medium allatam, quæ Oratione explicabitur, mos sit captare benevolentiam et attentionem, istud ferè consequentem in modum fieri potest: Ut nempè, cum illatio à superioribq è facta, sic sermo informetur: Quod cum ita sit, non utiq dubito Auditores, quia mihi, de re tantâ apud vos Orationem habituro, eam sitis præstituri Benevolentiam, quam et aliis, ex hoc loco dicentibq, abundè declarastis, ne dicam, quam meretur argumenti à nobis, si non ut volumus, at ut quimus tamen, dictione explicandi dignitas. Vel ita et in sensum e

finem eundem dicetur: quae cum pro eo, ac decet à
vobis considerari, haud obscurè animadvertam, valde
me spes haec reficit, sermonem vos meum non auri-
bus tantummodo pronis, sed et animis attentis, atque
mente planè arrectâ esse accepturos, percepturos.
Quia verò in proemiis adhuc amat fieri, ut post talem
aurium sollicitationem denuò inculcetur Propositio,
non utique ineptum erit, hac istud efficere formulâ prae-
viâ: Ut igitur apertius loquar, dicam: Vel: Ut tan-
to omnes intelligant melius, quo nostra haec à princi-
pio ad finem collineatura sit Oratio, dicam, adeo non
esse tutum etc. Vel ita etiam praecinatur: Ut ad istum
igitur, quam vobis ad oculos modo posui, Orationis sco-
pum unicè respiciatis, etiam atque etiam à vobis con-
tendo. Vel: Quos a. mihi circumdedi carceres, ne
egrediar, sedulò attendam, nec dicam aliud, quam
quod me dicturum esse innui. Atque iterum promitto, fu-
turum, ut ostendam etc.

II. NARRATIONIS.

In quâ haec locum habebunt, quibus initium fiat:
a) Et ut ad rem, quod dicitur, ab ovo primo ordiar,
non est tacendum sic accidisse omnia etc. Quo a. fa-
cilè sit indicare omnibus de toto negotio, quae huc perti-
nent, commemorare non supersedebo. Atque unde univer-
sa ac singula ortum suum habent, haec sunt: Principio,

3. Prius autem narrare rem gestam, nec addens quic-
quam, nec adimens, ut perceptis omnibus, liquidum
sit de eadem statuere, quod cuique videbitur fas et æ-
quum. Cæterum narratione ad finem perductâ, tales
benè sedebunt Formulæ. (1) Accepistis itaque, quæ fu-
gere vos neutiquam debuerant, ut, quam horribile
sit facinus istud, quod adeò detestor abominorque, ma-
nifestum evaderit. (2) Sed enim, quod mearum fu-
it partium, sum executus, narravique candidè et per-
spicuè rem totam: de quâ, quin eadem vestra sit
futura sententia, quæ mea est, adeò non dubito,
ut penè mihi pro certo persuadeam.

III. CONFIRMATIONIS.

Quæ quia argumentationibus verè constat pluribus, va-
rietate Formularum ejus notæ, ad eandam rite adorian-
dum opus est. Quales Propositiones satis accommoda-
tæ erunt hæ sequentes. (1) Maximi fuit illud, quod
audivistis momenti: sed quod sequitur, vix erit pretii aut
ponderis minoris. (2) At quid illud, quod primo loco
duxi considerationi vestræ subjicere, Argumentum sa-
tis perspectum habere videmini; agite, quæso, et ad alte-
rum hoc aures animosque vestros arrigite. (3) Si non-
dum vero satis sententiam meam huc usque confirmatam
dedi, superest et hoc quoque dicere. 4. Nolo verò per-

sequi omnia, prætereo potius quædam sciens, dum=
modò hoc insuper non grave sit perpendere paulo
diligentius apud animos vestros! 5) Deniq., ut nul=
lus dubitationi relinquatur locus, addo etiam hoc.
Atq. ita ferè tandem concluditur Confirmatio, in hac
nimirum, aut similem sententiam: Verum enim=
verò, ut multò essent plura, quæ nostri instituti cau=
multo negotio proferri possent, filum tamen abrum=
po: quia jam dicta, utpote nec luculenter manifesta
veritate, nec firmo robore destituta, satis, opinor, ha=
bent virium ad id, quod volo, in animis vestris ef=
ficiendum.

IV. Confutationis.

Ubi fas est hisce uti Formulis. In initio: sed percipia=
mus etiam, ecquid igitur sit illud, quod impedire pos=
sit quenquam, ne in eadem sit cum nobis sententiâ!
In medio: Adeò verò adhuc nihil video, quod nobis cũ
aliquâ Veritatis specie objici queat. Ut nec hoc est tan=
ti momenti, cum dicitur ea: In fine: Vidistis itaq. Au=
ditores planè nihil nobis illa officere, quæ non nemo for=
tè nostræ sententiæ valde obstare existimavit. Item si=
mul Confirmationem, simul Confutationem concluden=
di Formula hæc vix erit incommoda: Et quia ita satis va=
lide et nostras defensum ivimus partes, et adversario=
rum Objectiones profligavimus, miretur aliqs, si forati

causâ, quasi triumphemus! Judicium tamen penes vos esto, Auditores, non benevolentissimi solùm, sed æquissimi.

V. CONCLUSIONIS.

Ejus propriæ sunt hæ Formulæ, quas modò rudi tantùm Minervâ adumbrabimus: Jamjam enim Epilogorum Oratoriorum Formulas integras cum omni earum artificio, largâ manu sumus suppeditaturi. Ac in initiò repetendorum ante expositorum argumentorum causa attinet, cum Conclusivas quasdam Conjunctiones, quæ sunt: ERGO, IGITUR, QUAPROPTER, PROINDE, ITAQ; cum hujus generis verba et loquendi modos adhibere: Vidimus, audivimus, percepimus, intelleximus; aut vidistis, audivistis, percepistis, intellexistis Auditores. Aut consimilem aliquem in modum verba fiant, et planus erit commodusq ad Conclusionem Transitus. In Progressu verò ad affectus commotionem, quæ Clausulæ Oratoriæ pars est princeps, vix est necesse de Formulis laborare: affectus dictabit verba eorum locum supplentia. Notetur solummodò confirmari eo loco sermonem aptissimè per Figuram aliquam sententiæ, hoc est, aut per Exclamationem, aut per Apostrophen, aut per Communicationem, aut per aliquam aliam istius classis. Id quod ex illis, quas paulò infra producemus, Conclusionum Exemplis patescet satis evidenter.

X.

Nunc enim ad haec omnium Transitionum praecipuarum Formas et Formulas commemoravissimus ex illa Bernbeggeri Oratione inaugurali, quam habuit in auspicio Professionis Historicae Anno 1613. De Humaniorum anticipata cognitione ad Studium Historicum requisita; et edita est, inter reliquas ejusdem longe et meritissimè celeberrimi Viri, legiturq. p. 231. Ibi autem Exordii Thesis est his verbis posita et proposita: Inter ea studia, quae ab Humanitate nomen acceperunt omnium eruditorum Hominum consentiente suffragio, nullum est, quod vel majore Voluptate nostros animos perfundat, vel uberiores ac plures emolumentorum fructus ad omnia humana negotia, cunctasq. vitae vel publicae vel privatae partes ex sese defundat, quam Historiarum cognitio.

Cujus deinde rationes ordine proferuntur. Primam quidem manifestam notam habentem, quae est causalis Conjunctio, dicto: Cum enim aliarum artium praecepta &c: Ita ut ostendatur distinctè, quam homines ex Historiâ percipiant primò Voluptatem, secundo utilitatem.

Occultè deinde Orator serpit ac repit ad Propositionem, declarans prius, quomodo praeparamentis opus sit, antequam aliquis se conferat ad utilem Historiarum lectionem, et ad hanc planè requirit Artium quoq. adminicula humaniorum. Qua gratiâ longa est ad,

hibita Circuitio, et quaedam multis, sed praeclaris rebus
bene facta Digressio, quae continet inter caetera confu-
tationem Bodini et Justi Gallicardi, diversum senti-
entium: praebito isthac ratione Nobis exemplo, quod Exor-
dium, dummodo sit eruditum et aptum, non nequeat
utiq̀ eē aliquando prolixius, atq̀ adeò ab eodem ipsi-
us Digressiones haud esse prorsus alieno. NB.

Sic demum verò proponit (flexu satis manifestè facto)
Orationis suae Thema Orator, intimans futurum, ut de
necessariâ Historicis artium humaniorum προγνώσει
pro tenuitate suâ, disserat.

(In Tractationis principio est communi hac usus Formu-
la Berneggerus (Introducto Orationis Argumento
primo, quod est, sine praeviâ ipsius etiam Grammati-
ces notitiâ inutilem ac impossibilem eē Historiae tra-
ctationem:) Ac ut inde, inquit, mea proficiscatur
Oratio, quo ceu perenni fonte artes omnes irrigantur,
estne, qui sine Grammaticae Artis clave fores Historia-
rum recludere se posse speret? quo in argumento pri-
mo versans Orator sic transit ad Exempla et te-
stimonia, quibus comprobat suam sententiam, argu-
mento isthoc explicatam, dicto: Si nisi exemplo non cre-
dat aliquis, adeat Coelium Rhodigenum, Adrian. Turnebum etc.

Ibidem occursurus alicui objectioni, hac Formulâ
est usus noster: Atq̀ hic audire mihi videor illorum
voces, qui omnia illa praeclara quae dixi, monumenta,

aut è Græco sermone in Latinum etc: Alia sequitur Objectio p. 244. sic introducta: At inquiat aliquis, quod temporis in hisce linguis [discendis] consumitur, melius etc: Respondetur. Sed est certum, quid respondeam. Ita quidem demum hoc ponderis aliquid haberet, si etc:
Ad secundum suæ Orationis argumentum se conferens, ita manifestè loquitur: Transeo ad alteram sive Artem, sive artium ferramentum atq; Organon, Dialecticam, quam ab Historico studio removere qui possumus, non video.
Ad tertium argumentum hoc modo et sono pergitur concludendo abruptè alterum: Verum de his satis, vel et plus, quam satis. Dialecticam excipit Rhetorica, Matrem soboles, et ipsa Historico non minus vel utilis vel necessaria. Ubi suffragium Ciceronianum adducendi causâ hæc formula adhibetur: Quod si cui mirum videatur, Ciceronem audiat, cujus testimonio Historiam scribere maximè Oratorium est. Inq; ejusdem argumento dilatatione, intexta est Digressiuncula, hoc initio facta: Et quia, re sic ferente, in styli mentionem incidimus, existimo, me rem facturum, nec ornatissimæ Concioni huic ingratam, nec ab instituto magnopere alienam, si, velut in Transitu, recitem Censuram Johannis, Episcopi Alariensis, de Tito Livio, dulcissimæ facundiæ etc.
Quartum istius Orationis argumentum hac Formula
inchoatur

incboatur: Persecutus sum, Auditores ornatissimi, non
ut amplitudo memoriæ postulavit, sed quantum temporis con-
cessit ratio, tres illas artes, Philosophiæ ministras, loquendi, dis-
serendi, dicendi. Nunc ad Philosophiam ipsam veniendum
est, quæ cum vel in Contemplatione posita sit, vel ad actio-
nem referatur, utriusq praenotionem Studium Histori-
cum opus habere manifestum, conabor reddere, si,
(nota blanditias, locum habentes in novi argumenti
aditu, quod, post alia sermone longiori explicata, in
medium affertur, ut sine fastidio audiatur) quod sub-
misse obnixeq rogo, reliquum Orationis cursum, quâ cæ-
pistis, aurâ Clementiæ Benevolentiæq vestræ ad eum,
quem spectat, Portum provehere, dignabimini.
Minutas a. in hoc argumento â capite ad calcem detra-
ctatæ Transitiones, non adscribo libens: Facile oculis
Oratione lectâ, patebunt, et menti intentæ. Sed obje-
ctionem ibi taliter prolatam animadvertere est operæ pre-
tium (pag. 225.) Hic quis forte literarum elegantiorum
contemptor clamitet: quid ad me, ubi Athenæ etc. Re-
spondetur, hunc, quisquis tandem fuerit etc.
Jam ad claudendum totam Orationem, hac præcinitur
Formulâ: Videtis, opinor (p. 262.) Auditores omni orna-
mentorum genere splendidissimi, quam sese mihi vastus et
amplus ad dicendum aperiat campus, si laxatis habenis
excurrere, vestraq in audiendo me Clementiâ et patientiâ,
quâ jamdudum plus quam abuti videor, ulterius abuti

vellem. Quanquam ex his pauculis: (Hæc est Repetitionis Formula) quæ attigi, satis superq; constare arbitror, id, quod initio proposui; non antiquitatis modo & Philologiæ, linguarumq; cognitione, sed & artis disserendi, dicendiq; præceptis, Matheseωs item, Ethicæ, Politicæ πρaxeos[?] rite instructos esse eos oportere, qui citra prolapsionem ad Historicum studium animum applicare, indeq; speratum et quæsitum auferre fructum cupiunt.

Reliqua quæ succedunt, sunt morata & alius considerationis. Qualia morata cum argumentorum repetitione et affectuosis, ornant maxime Epilogos. Et ideo suo loco & tempore â nobis diligenter annotabuntur et laudabuntur.

SECTIO XXXIII.

COMPREHENDENS ALIQUOT CONCLUSIONUM FORMULAS.

I. Manifeste Abrumpendi.

1. Sentio in altum me abripi, metuoq; ne jam longius quam oportet, sim profectus, itaq; inhibeam remos, optimum est, & me referam in portum: Quando susceptum definitumq; cursum, penè ultra votum, certe ultra institutum, confeci. Ostendi enim ex..

2. Longius equidem excurrere, et in tam aperto, planeq; patentissimo campo non posset non exultare lussio[?] sius Oratio nostra, sed per multa, Timantis exemplo,

quæ dicendo prorsus consequi non licet, involutaq; ta-
citurnitatis velo relinquere volo; Ipsa Benevolentia
vestra, Auditores, ut vela contraham, aut, ut bonus agi-
tator, currum sustineam, me admonente. Hic igitur
Oratiunculæ meæ scopus, hæc meta esto. Quicunq; &c.

Sed longum foret, ac non horæ, sed diei, imo anni, ne 3.
dicam seculi, tempus esset dandum, si omnia, quæ
huc faciunt, adducere vellem: Canendum a! receptui,
ut, quem vos satis diu jam loquentem penè fastidio-
sis (ut valdè vereor) sustinuistis auribus, tacentem ma-
jore delectatione dimittatis.

At quid ego in tam immensum do mare? O navis, re- 4.
fer te in portum. Jam nimium diu alto ès jactata,
lege littus.

Sed nos immensum spatiis confecimus æquor: 5.

Et jam tempus equûm spumantia solvere colla.

Sed hic mihi ubiq; consistendum. Si placui, satis est 6.
verborum: Si displicui, nimium. Quibus placuisse
contigerit, ii desinenti facilè dabunt veniam, cum
nondum aurium suarum voluptas sit imminuta
satietate. Si displicuero aliis, favebunt mihi illi quoq;,
quod eorum molestiam augere Oratione longiore, ac
jam dudum ingratâ, non pergam.

L Sic enim amat fieri, ut clarè perspicuèq; aliquan-
do dicendi abscindamus filum: id quod ejus generis

sit Formulis, quæ præscriptis sunt similes, et cum oc-
currunt, sisce adscribi non nequeunt.]

II. Concludendi cum illatione è superio-
ribus, et commotione pathetica affectuosâ.

1. Quæ cum ita sint, cumque tanta strenuis et bonis pro-
ponantur praemia, agite dum, A. O. nos quoque amissâ
et abjectâ Socordiâ mentes animosque expergefaciamus
nostros, et Virtuti summam navemus operam, eamque in-
defessam. Quod si fecerimus, causa non erit, cur dubi-
temus, fore, ut et nos tantam laudem decusque nominis,
verum, quae etiam insuper appeti et expiti possunt, bona
desideratissima, consequamur.

2. Quod cum ita sit, Auditores, constetque planè inter omnes, ni-
hil nec tetrius, nec foedius, nec nocentius, nec DEO etiam ho-
nestissimisque viris esse odiosius libidine et intemperantiâ; Con-
tra a. praeclarius nihil, pulchrius nihil, melius nihil, DEO bo-
nisque viris acceptius nihil Castitate et pudicitiâ: Tot viribus
sane omnibus eniti ac elaborare debemus, ut illam, tan-
quam capitalem pestem omniumque Lernam flagitiorum,
detestemur ac fugiamus, hanc a. ut multorum bonorum
fontem sectemur, admoniti demum etiam hac ut notis-
simâ sententiâ, ita optimâ:

Casta DEUS mens est, casta vult mente vocari.

3. Itaque sit arduum et difficile iter ad virtutem, pronum
verò ac proclive ad voluptatem: Nos cum Hercule
et puero, et adulto, laboriosam potius Virtutem, et

amænissimos

Hesperidos Hortos sequamur, quam per prona & falia de-
litiosam, sed ad interitum ducentem Voluptatem, atq;
ita statuamus, cum omni aetate honesto labore ad Virtu-
tem contendendum, tum in primis nostra.
L Est haec Concludendi ratio praestantissima, sed profectò
maximè ardua. Quae, ut nihil habet commune cum
cantilenis vulgatis, verum

III. Repetendi argumentorum Sum-
mam adminiculantibus verbis seu lo-
quendi Formulis disce, similibusque.

Adduxi A. exposui, addidi, audivistis, percepistis, intel-
lexistis, refutavimus, respondimus, admonuimus, ex-
plicuimus, docuimus. Dictum est quantum licet, ex-
posui, addidi, adjunxi, tetigi, proposui, apposui, nec
non perstrinxi, omnia istaec plus quam Laconicâ per-
secutus sum brevitate. Egi item de eo etc.
L Equidem non tam est difficile notae hujusce, quae
ad rem inserviunt, vocabula adinvenire et inquirere,
quam rationem et nos tenere Repetitionis rectam. Sed
non est notio illius, nisi Formulas tales adducere: ita
eis, quae in promptu fuerunt, haud sumus gravati ad stu-
dia, et caeterum in Oratorum bonorum videatur Oratio-
nibus, quam ibi in ἀνακεφαλαιώσει tali servaverint

viam, et quo se ad istum apparatum contulerint, id vidisse et animadvertisse multum utique proderit.

IV. Desinendi cum precatione quae Orationis argumento sit consentanea, aut exhortatione ad preces Orationi ad finem perductae accommodatas.

1. Sic Berthseggerus in Oratione de incremento Studiorum, hac sub finem additâ precatione pro eorundem incrementis, in hanc sententiam: Ut in hac Civitate inter tot calamitatum spinas, minasque tempestatum atroces aeternum vigeat, floreat, vernet Paradisus Academiae, effice benignissimè et misericors DEUS! nam ad te cum supplici voto mea nunc se convertit Oratio. Tu solus autor es bonorum omnium bonorum. Tu per os Esaiae sanctissimi Prophetae tui confirmasti jam olim in extremis etiam angustiis, ubi vix pane et aqua sustentari queat mortalium vita, non defuturos tibi qui salutari institutione doctrinaque nobis viam ad pietatem et virtutem sint monstraturi, quasi facem praelaturi. Fac huic certissimae tuae promissioni fidem. Subjice manum labascentibus Politiis, afflictas Ecclesias tuere: Pios docentium discentiumque coetus in tantis turbis, calamitatibus, periculisque conserva, donec in ipso Mundi fine novam demum et veram nobis concedes Academiam, in qua erimus θεοδίδακτοι, unius illius Rectoris Christi Discipuli; non amplius per aenigmata, et tanquam in speculo, nec ex parte, sed

coram et totaliter omnia percepturi per omnes secu-
lorum æternitates.

Item idem Orationem 7. hoc modo concludit: Quod super- 2.
est, te æternum DEUM, Patrem Domini ac Servatoris
nostri JESU CHRISTI supplices oramus, ut, quemadmo-
dum Remp. hanc, inq. ea Ecclesiam Academiamq. cle-
menter es tutatus hactenus: ita in posterum etiam in
medio nostrûm manere, hæc tanta, tamq. eximia bo-
na tua firma nobis, atq. diuturna esse velis. Fac cle-
mentissimè DEUS, ut pax sit in diebus nostris: sit sal-
vus atq. incolumis inclytæ hujus Urbis Senatus: Vita
diuturna prosperaq. contingat Dominis Scholarchis: Spiri-
tu tuo gubernentur Ecclesiæ et Academiæ Doctores,
sint discentibus progressus in pietate, eruditione mori-
busq. fortunati: Sed et nobis, quos hoc semestri publicis
præesse muneribus in hac Academia voluisti tam animi
quàm corporis largire vires, et effice ut cuncta consi-
lia et actiones nostræ cumprimis ad nominis tui gloriam
illustrandam et provehendam utilitatem publicam fa-
ciant. Donec tandem omnes hujus vitæ soluti injuriis
et molestiis, æterni gaudii reddamur Hæredes. Tibi
ô æterne Pater, cum æterno filio tuo JESU CHRISTO, et
Spiritu Sancto, uni soli vero DEO, sit laus, honor, et gra-
tiarum actio in sempiterna secula. Amen.

Similiter hanc exhortationem ad preces legere est 3.
p. 63. in secunda Verdungi Oratione de Concordiâ
et Discordiâ, earumq. fructibus sub finem adductam
quæ sic se habet: Sed ut hæc fiant in manu eorum

et, quorum ipsorum in manu Dei sunt corda, quem nos supplices precari, venerari et implorare debemus, ut eodem cursu, quo adhuc fluxere res, ire patiatur: utq; cladem, vastitatem, externam servitutem, perniciemq; deniq; (quae omnia mala, ut docuimus, importare amat Discordia) averruncet, nosq; in pace, concordiâ, tranquillitate conservet, quod firmissimum adversus vim, fraudemq; omnem externam, munimentum, optatissimum Felicitatis instrumentum, Exemplis itidem a me adductis, esse, patuit. Deniq; ut omnia semina Discordiae, omnes scintillas mali illius intestini, quod tam studiose fovent externi, tandemq; in occasionem suam solent vertere, extinguat: utq; propter meritum mortemq; Filii, nobis Peccatoribus parcat, salutem, incolumitatem, felicitatemq; perpetuam pulcerrimae huic nostrae Patriae largiatur!

4. Deniq; ipse Venduengus terminandae Orationis 7. causâ, sic conceptis verbis (p. 154) precatur: Tu ô supreme Pater luminum, lucis tuae radiis animos nostros tenebrosos, porro etiam illustra, ut quae grata tibi, quaeq; salutaria nobis intelligentes, ex totis semper viribus prosequamur. [Scilicet, si omnia tum bona sunt, (ut vulgatus sonat versus) clausula quando bona est; utiq; et Oratio caeteris paribus bona est futura, si clausulam habitura est bonam, et illam quidem divino dicatam honori. Ut non sit mirum, si, qui precatione dictionem suam finiunt,

benè, imò optimè se eam finire credant. Atq; ita pre-
cati Oratores, ut se commendent egregiè, isthoc pietatis
studio et specimine: ita meritissimò sunt eapropter
Auditoribus amabiles. Ne dicam in Orationis Epilogo
nihil posse dari aliud magis pathetic um et affectuosum,
quam est ad DEUM connexa Oratio. Illa, si seria, i-
psum commovebit DEUM, et quidni homines moveat!
Sic ergo desinere non artificiosum solummodo, sed et Chri-
stianum est.

V.

Perorandi, cum precatione veniæ ab Auditoribus.

Ita Berneggerus postremo omnium, in Oratione nona, 1.
p. 267. Quod superest, Audit. præstantissimi, vos etiam
atq; etiam, quâ par est submissione, observantiâ, stu-
dioq; rogo, ut, si fortè minus à me ornatè ac copio-
sè dictum est, quàm et hujus loci amplitudo, et summa
Audientium dignitas postulabat, meum tn̄ idcircò quan-
tulumcunq; conatum, et vobis placendi studium, non im-
probabitis. DIXI.

Nec non Verdungus in Orat. 12. quâ laudatus ē Her- 2.
cules togatus seu Alexander novantiquus Svecorum Rex,
Gustavus Adolphus, sub finem eodem modo: Partes mihi
injunctas, quantum quidem isthoc sesquihorario spatio
balbuties mea et ingenii imbecillitas potuerunt ut-
cunq; explicuisse mihi videor, Audit. omnium ordi-
num splendidissimi et honoratissimi: in quo tamen

si expectationi vestrae (quod valdè vereor) minus litari, vel rei longè vires meas, sicut initio dixi, superantis difficultas, vel parendi illis, quibus obsequium omne & cultum debeo, necessitas, apud vos, utpote aequos faventesque Judices, me facilè excusaverit. Quibus etiam, quod me inconditâ voce perorantem adeò patienter, aequisque Auribus audiveritis, plurimum me eo nomine obstrictum sentio. &c.

[Mores sibi esse bonos declarabit Orator, ita desinens: Submittit enim se istac ratione, & Auditores extollit. Ut verò causa nulla sit ita facere; res tamen est boni Exempli publicique gestûs. Quid? quod jure quivis Oratorum sibi ignosci petat, cum certum sit, prodire neminem, in quo non turba Auditorum agnoscat aliquid errati, sive majoris momenti, sive minoris. Ajo verò sic esse veniam petendam: etsi nihil sit commissum: Quia notae hujus superflua adeò non nocent, ut prosint. Prosunt, inquam, valde ad demulcendos auditores et conciliandos, certè ex eorum numero & probiores & aequiores.

VI. Perorandi cum Gratiarum actione & Honore Audientium

Ita non nemo: [Restat unicum, nempe Vos, Auditores splendidissimi, sine digna vestrae Humanitatis et facilitatis commemoratione non esse dimittendos.

Ac noscere hinc certè est luculentissimè Illustrissimè, Generosissimi Domini amorem vestrum, quo literarum studia prosequimini, qui Augustâ vestrâ præsentia hunc Actum condecorare, et tanta cum patientia usque ad finem perdurare sustinuistis: imitati hac in re Caroli M. exemplum, qui Lutetiis sæpius Academicis Exercitiis interfuisse legitur, ut Studiosam Juventutem in majora animaret ausa. Agnoscimus meritò ex hoc summo beneficio favorem illum, quo nos, ô vos Athlantes Academici, huc ad florentem et celeberrimam nominis vestri famam ad Vos excivistis, et præsentes hactenus ultra merita, imò ultra vota nostra cumulastis. Vobis etiamnum esse inviolatum. Qui partem in omni Studiorum genere magno labore, majori candore nos adjuvare, partim amore ac benevolentiâ in lubrico studiorum cursu confirmare, at nunc ad insolitam dicendi Provinciam trepidantes, et balbutientes, lætis oculorum nutibus subinde erigere, animosque addere voluistis. Quibus immensis beneficiis, cum in hac ætatis et virium imbecillitate nunquam simus pares, interea tamen ad gratæ mentis testificationem, illud quod possumus, præstamus. Siquidem omnibus et singulis pro cujusque Dignitate et meritis gratias habemus et agimus, ore et pectore, quas concipere, quas effari possumus maximas. In posterum verò vobis, Illustrissimè et Generosi Domini, devotissima Magnitud.

Ararum veneratione; vobis Scholarchæ & Professores, quiq; ex Nobilitatis flore, & omni literarum ordine adestis, perpetuo honoris cultu: Tibi verò ô laudatissima Studiosorum & Commilitonum caterva, sincero affectu, & officiorum promptitudine, gratitudinem nostram testabimur, dum Spiritus hos reget artus, nullo temporis cursu, nulla oblivionis injuria ex animis nostris abolendam &c.

3. Alius in hanc sententiam: Nunc ergo Domini & Auditores mei omnium ordinum, & dignitatum ornamentis præstantes, quia ista, quæ habui, præfatus, atq; bonâ vestrâ cum gratiâ, quod observasse mihi ex tam sereno vultu vestro videor, effatus sum, nefas sit, cum aliud referre non possum, sine cultu & præmio allocutionis, aut gratiarum actionis, quenquam vestrum dimittere. Idq; tantò minus, quantò magis agnosco & intelligo à singulari vestrâ in me benevolentiâ esse profectum hoc tam attentè me audiendi studium. Sunt inter Vos non pauci, nec infimi, qui videri possent Publica commoda neglexisse, ut me privatum orarent hoc Audientiæ honore, quos, si vel non observare, vel, ut par est, cum obsequii præfatione salvere juberem, ingratus efferrem pedem ex hac Cathedrâ. Cætera a. ut in me sunt mediocria, apere tamen summo, mihi gratitudo curæ est. Quapropter quos

primo loco meritoq; compello, Domini &c: Velim vos sa,
nè persvasos ēē, et valdè benè me intelligentem su,
jus vestri in me favoris, et quod reipsâ declaraturus
sum, nunquam futurum immemorem. Sed inpri,
mis Tibi &c. Item verò et Vobis &c. Oro adoroq; largi,
torem Deum, ut diuturna sit vobis dotium vestrarum
possessio, quâ, quantum est Vobis Prudentiæ, quantumq;
studii de Republica benè merendi, diu cum nostrâ
utilitate declarare possitis. Spero mihi fore tempore quo,
dam eam Vestri honorandi potestatem, quam apto.
Interim Virtus illa vestra in memoriâ meâ, imò
Civium omnium oratorum, tanquam in luce positâ
lætatur. Reliquisq; item Auditoribus omnibus meum
pro hoc, quo me dicentem prosecuti sunt officio, ob,
servantiam, cultum, amorem, et studia defero, spon,
deo.

ANNOTATIO.


Est videlicet moratum, hoc pacto concludere. Sic n.
bonis præditum moribus omninò decet pro auscultat,
tionis honore, sive beneficio, gratias comiter agere:
ac cumprimis Tyronem aliquem, qui invitavit ad
se audiendum ambitiosâ prece, aut cujus audiendi cau,
sa alius convocavit Auditores honoratos. Quos simul
sic laudare erit valde commodum, et gratum, quod

laude Auditorum nihil possit afferre Auditorio ju-
cundius, in quo conquiescunt omnes, cum, ut ille
ait, laus sui ipsius cujuscunque sit suavissimum ἀκρό-
αμα.)

CONCLUSIO FORMULARUM PORTIONALIUM.

Atque sic cum DEO et die absolvimus quoque Formula-
rum Oratoriarum Portionalium Choragium.
Quod, ut amplius fuisset et locupletius cupi-
ut forte aliquis. Sed nos ei hoc in aurem:
Addat ipse ille, talium avidus, similes, quae
in lectis Oratoribus occurrunt, Formulas.
Sic enim acervus eorum erit major.
Nos intendimus alium inducere
Chorum, qui similiter ad scenam
et ad pompam spectat O-
ratoriam. Interea si licet
plaudimus Nobis, cum spe futu-
rum, ut non iniqui hujus
Opellae Censores, nobis itidem
sint applausuri ∴

SOLI DEO GLORIA SIT.



Ins oktavio:

Joan. VI 1-14. 7. ([illegible])
Dom IV. quadr. —

Jerem. XXIII, 4, 5, 8

